6. = Cum mulieribus, et Maria Matre Jesu, et Fratribus ejus. Act. 1. 14. Mulieres cum Apostolis tunc versantes, quæque postquam Xtus coram se raptum in Cœlum spectaverant, sunt, cum prima, Virgo Maria, deinde reliquæ illæ ... Feminæ, quæ Apostolorum itinerum comites Xto adhæserant, et facile etiam Maria, et Martha, non procul ab Jerosolymis habitantes.

c. Verbis illis erant ... et ... tissimum, Apostolos, pariter illas Mulieres, ... se domi continuisse, metuentes ... nem Judæorum. S. Aug. serm. olim 261.

6. Conciliantur Textus Lucæ Evang. c. ult., et Actorum ...

... a. Lucas in Evangelio, c. ult. ... hæc habet = Erant semper in Templo laudantes, et benedicentes Deum. 11. ... intrasse eos in Cœnaculum ... Quomodo ig. semper erant in Templo, si privatis in ædibus manebant, assiduâ oratione occupati?

6. Ut hæc locorum pugna conciliet, sunt qui censent, Apostolos, et discipulos nunquam non fuisse precibus occupatos, vel in Templo, vel domi: in Templo quidem consuetis orandi temporibus, domi vero reliquo tempore, ne ... offenderet.

...

c. Verosimile est ig., domicilium in Urbe Apostolis fuisse, ... in quo, ut ut maiorem diei partem

partem exigerent, simul oēs moverentur, sanctoq. Spiritu in Festo Pentecostes illapso plenos, statim ad Templum se contulisse ubi, variis loquentes linguis, ingentem Populi multitudinem ad se traxerunt.

III

= Et factus est repente de Cælo sonus, tanquam advenientis Spiritus vehementis .11. v. 2.

a. Fragor ingens, ceu subito [illegible] vim procellæ, audiri fuit: seu potius ingens veluti tonitrui cum vehementi procellâ ter rore oēs corripuit, et terror quidam reli giosus totum cætum corripuit, disposuitque, ut piâ animi demissione, et religionis fer vore ad cæleste donum excipiendum, sese com pararent.

d. Fragor iste, et procella præ sentiam Numinis exprimebant, quemadmodum olim in Sinai Tonitrua, Fulgura, Nubes, densa, Mons fumans, indicabant maiestatem Numinis

b. Repente, ut intelligerent, hanc Spiritûs plenitudinem, et eius dona sine Fidelium merito, ex mera eius liberali tate dari.

c. Præterea, ut eius Spiritus celeri tas, et efficacia ostenderetur = Nescit enim

tarda

tarda molimina Spiritus gratia ", ut ait Ambrosius in c. 1. Luc.

7. = sonus tanquam advenientis Spiritus "
Non ig. necesse est, fuisse ~~verum~~ ventum, sed sufficit, fuisse verum sonum, qualis excitari solet a vento valido ingruente. Dion. ex Cyprian., Vatabl., Pagnin.

b. Significabat au. vehemens hic sonus vehementiam, efficaciam, et impetum, quo Spiritus incendebat, excitabat, impellebat corda discipulorum ad praedicandum, totoque orbe divulgandum Evangelium, inquit S. Thom. p. p. q. 43. a. 7. ad 6.

8. = et replevit totam domum, ubi erant sedentes ".

a. Tota late domus repleta illo fuit, ut significaretur, Spiritum, cuius illapsus in Apostolos aperto hoc argumento monstrabatur, totam late Ecclesiam Xti impleturum.

IV.

= Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tan-
quam ignis, seditque supra singulos eorum, v. 3.

q. Dispertitæ linguæ: Linguæ nomen aptatur iis, quæ in cuspidem desinunt: Lingua terræ est promontorium, quod intra mare excurrit: Lingua maris est sinus aliquis maris intra continentem porrectus: Lingua ignis est flamma in cuspidem desinens instar ignis. Jg. Linguæ ignis hic sunt scintillæ, seu potius flammeculæ, quæ per eos, quotquot ibi erant, distributæ sunt. [illegible]

a. Tanquam ignis: Ignis in Græco genitivus est: πυρός, tanquam linguæ ignis, h.e. extremitates, in quas flamma sursum mota desinit, similes linguis [illegible], seu [illegible] est.

b. Tanquam ignis: neq. n. verus erat ignis, sed linguæ illæ speciem ignis referebant. Menoch.

Ignis corporeus non metaphoricus, sed elementaris, sed potius persimilis igni et symbolum lucis, et ardoris, quo Spiritus Apostolis intime conjunxit. Calm.

Erant hæ linguæ non carneæ, sed tanquam ignis, seu speciem ignis referentes. Tirin.

c. Designabant etiam donum linguarum

singulis

= Per superbos hoĩes divisę s͡t linguę; per humiles Ap͡los congregatę sunt linguę. Spiritus superbię dispersit linguas = Spiritus sanctus congregavit linguas". Aug. in ps. 54.

singulis tribuendum. Nec abs re suspicamur, deum [illegible] quodammodo allusisse ad confusionem illam Babelicam linguarum, quę dispersionem hoĩu p͡ universam mundi faciem peperit. Atq. ita factum est, ut Ap͡li post adventum Spiritus quocumque linguarum genere loquerentur, et ad Evangelium prędicandum, promulgandumq. per oẽs terrarum orbis gentes sese diffunderent. Quę tn̄ illorum prędicatio, non homines dividere, ac dispergere, s͡ gentes in Ecclesiam Xti colligere [illegible] [illegible]

10 = Seditque supra singulos eorum [illegible]

a. Sedit idē, institit, incubuit [illegible] lingua ignea, et consequenter Spiritus linguis hisce representatus, qui unus erat in oĩbus, sedit sup͡ singulos. unde ait sedit, n͡ sederunt; quia unus erat Spiritus, cuius indicia erant igneę illę linguę. hęc aũ oĩa operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis, prout vult.

b. Sedit, ut firmius ostenderet, inquit Xtomus, c. 4. h. 3, eorumq. successoribus permansurus usq. ad finem mundi, iuxta promissum Xti Jo. 14. [illegible]

V. = Et

= Et repleti s. oes Spu sto, et caeperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sctus dabat eloqui illis. 11. v. 4.

11. Repleti s. oes

a. oes s. 120 (et Maria matre dni, et et reliquae mulieres, quae ibi aderant), de quibus meminit c. super. id diserte testatur S. Aug. Tract. 92. in Jo. Theodorus Beza hoc ad solos retulit Apostolos. etc.

b. Qui antea habebant Spiritum, jam eius plenitudinem acceperunt, ait S. Leo serm. 3. de Pentec.

c. Repleti sunt: Non oes parem acceperunt gratiam, sed alij maiorem, alij minorem, quisque s. pro suo tum officio, tum gradu, tum dispositione, sicut vasa majora, aut minora, plus, aut minus capiunt liquoris infusi.

12. Et caeperunt loqui varijs linguis

a. Aliqui putarunt Apti unâ tantum linguâ locutos; sed Auditores cuiuscumque Nationis essent, aut linguae, eos intellexisse, et visos sibi eâ propriâ linguâ loquentes audire. Sed recepta, et communis opinio e', vere Aptos varijs linguis locutos: licet id negemus, etiam illud primum nonnunquam evenire potuisse. Menoch. Quod quidem evenit SS. Vincentio Ferr., Antonio Ulissip., Franco Xaverio, alijsque.

b. Neque vero solis Aptis, ut Caietanus putat, sed et oibus alijs tunc praesentibus idem concessum,

ut prae

= Audivimus eos loquentes nostris linguis. 11.

= Gratias ago, inquit S. Paulus, 1. Cor. 14. 18, deo meo, quod oium vestrum linguâ loquor. 11.

S. Vincent. Fer. hispanice loquens, et concionans ab italis, Gallis, Flandris, et Anglis intelligebatur. S. Francus Xa. unica responsione duodecim, diversa quaerentibus, satisfaciebat. Ch.

= Ideo Apti linguis omnium Gentium locuti sunt, quia per linguas constat consociatio generis humani. Et oportebat per linguas omnium gentium significari istam societatem Filiorum Dei, et membrorum Xti ~~futurum~~ futuram in omnibus Gentibus; ut quemadmodum tunc ille apparebat accepisse Spiritum, qui loquebatur linguis omnium, ita nunc ille se cognoscat accepisse Spiritum, qui tenetur vinculo pacis Ecclesie, que effunditur in omnibus Gentibus //. Aug. de Blasph. in Spiritum.

Loquebantur variis linguis vicissim, et successive. Implicat enim quemquam unâ voce, eodemque tempore diversis linguis loqui eamdem, aut varias res.

ut prae docet Suarez in 3. p. Disp. 21. sect. 3.

c. Donum linguarum, cuius iam olim Xtus apud Marcum, c. 16, spem fecerat, quodque Aptis die Pentecostes contulit, diu perseveravit in Ecclia; tantumque in ipsis Ecclie precunabulis invaluit, ut, data ad Corinthios epistola c. 4., et 12., et 14., multus fuerit Aptus in dirigendo eius usu, et vitiis, que irrepserant removendis. Meminit huius pariter in Epistolâ ad Rom. c. 12.

d. S. Irenei etate, qui an. 202, vel 203. diem clausit, ipso teste, apud Eusebium Hist. l. 5. c. 7., divina prodigiorum dona adhuc vigebant, et presertim linguarum donum commune erat.

e. Dño consilio provisum e, ut predicato per Orbem universum Evangelio, et omnibus ~~ad omn~~ omnium Gentium linguis loqui nomen nomen Jesu Xti edoctis, donum linguarum ab hominibus subduceretur. Sicut ~~cu~~ ~~animad~~ vertit S. Aug., Serm. olim 9. de Verbis Apti nunc 175. n. 3., = Loquebatur tunc unus homo omnibus linguis, quia locutura erat unitas Ecclesie in omnibus linguis //.

f. Porro Apti acceperant cognitionem omnium linguarum totius Orbis, quia ad omnes Gentes destinabantur, omnique erant Apostoli, et Doctores. Ambros. Ep. 33.

13. = Erant Spiritus dabat eloqui illis ||.

a. id est, praeclare, sententiose, et divine, inquit Xtoms., id est sermone non tam ad elegantiam, et pompam composito, quam ardenti, et ad corda audientium inflamanda, et compungenda, igne Spiritus sancti succenso.

6. Dixe, quemque loqui ex spiritu intus in corde dominante. Hic n. spiritus cor ad loquendum per os movet. si sanctus est, movet ad sancta verba; si malus, et impurus, ad mala, et impura. Vis g. scire cor, et secreta cuiusque? Vis scire qualis quisque sit? Considera, qualia crebro, et libenter loquatur. si videris eum delectari colloquiis vanis, curiosis, turpibus, superbis, invidis, vitiosis, maledicis, scito, cor eius esse vanum, curiosum est. sin gravibus, pudicis, humilibus, benignis, sapientibus, spiritualibus, scito eum gravem, pudicum esse. = Ex abundantia enim cordis os loquitur ||, ait Xtus. Hinc Apti, quia pleni erant Spiritu, non nisi sancta, divina, ignea eructabant.

VI.
= Erant

VI. v. 5.

= Erant au. in Jerusalem habitantes Judei, viri religiosi ex omni Natione, que sub Celo est.//.

14. = Erant au. ec.

a. Incidens tunc Festum Pentecostes judeos exteros ex universo late Orbe undique Jerosolymam acciverat. Unum erat e tribus illis majoribus Festis, quibus Viri oes sistere se coram Deo iubebantur. Ex. 23:

b. Textus Grecus, Latinusque innuere videtur, Judeos hosce ex oi omnibus terrarum Gentibus sedem fixisse Jerosolymis, planeque possibile indicamus, exterorum plurimos eo migrasse. At vero propius arbitramur, designari a Luca concursum Jerosolymam occasione Festi, quod nostram opinionem ipsa narrationis series confirmat. Calm.

c. Ex oi Natione, que sub Celo est. Judei ob varias Reip. calamitates, et persecutiones, presertim Anthiochi Epiphanis, toto Orbe dispersi degebant, ut etiamnum degunt. Menoch.

v. Ex oi Natione, dispersionis s. Judeorum. Nam ex Judeis, qui erant in dispersione, Viri religiosiores orationis causa proficiscebant Jerusalem, et eo comigrabant, quo convenientes cultui Dei vacare possent. Neq. n. extra Jerusalem fas erat offerre sacrificia. Est.

d. Viri religiosi, Syrus Timentes deum, qui pietatem pre ceteris colebant. Gord.

Ex oi Natione pro variis Nationibus, uti recensit Lucas ipse v. 9.

Ex oi Natione supple Judeorum. Al. quas postea Lucas ipse designat.

Deus ita disposuit, ut ex oi Natione adeent, qui huius prodigii testes domum redeuntes, illud apud suos enarrarent, itaq. eent semina future predicationis in toto Orbe. Al. ex Xtomo

VII. v. 6.

= Factâ au. hac voce, convenit multitudo, et mente confusa e, quoniam audiebat unusquisq. linguâ suâ illos loquentes.

15. = Facta au. hac voce, convenit multitudo,,

a. Sc. e, sparso huius rei rumore, id e repentini vehementis de Celo sonus, et locutionis Aplor. varijs linguis, convenit multitudo, multorum s. millium; nam mox, v. 41; ex ea tria millia conversa ee narrat Lucas.

6. Et mente confusa est, admiratione, et stupore tantae rei

c. Quoniam audiebat q. stupebant, qd hoes in Judeâ, seu Galilea nati, gnari exteri sermonis, longe a Galileo, et Judaico diversi, varijs linguis loquerentur, s. Greco cu Greco, Persico cu Persa, Egyptiaco cu Egyptio loquentes

VIII. v. 7.

= Stupebant au. oes, et mirabantur dicentes: Nonne, ecce oes isti, qui loquuntur Galilei sunt? 11.

16. mirabantur Galileos esse polyglossos, quia Galilei erant hebetiores ingenij, ait Glossa.

IX. v. 8.

= Et quomodo nos audivimus unusquisq. linguam nostram, in qua nati sumus. 41.

X. v. 9.

= Parthi, et Medi, et Elamitæ, et qui habitant Mesopotamiam, Judæam, et Cappadociam, Pontum, et Asiam. 41.

17. Omnibus hisce Gentibus suus erat sermo peculiaris

a. Prodigij tota ratio in eo versabatur, ut perciperi omnes, desq. ijs oribus linguis loqui possent.

XI. v. 10.

= Phrygiam, et Pamphyliam, Egyptum, et partes Libiæ, quæ est circa Cyrenem, et Advenæ Romani.

18. Phrygiam, et Pamphyliam, geminas Asiæ Provincias, plurimos inq. se Judæos,

b. et partes Libiæ, quæ e circa Cyrenem. In oib. hisce Provincijs frequentes erant Judæi, eo translati a Regibus Egypti. Calm.

c. Advenæ Romani, Syrus, qui venerant

nerant ab Urbe Româ: nimirum erant Judei Romæ commorantes, qui Jerosolymam religionis, vel negotiationis causa advenerant.

d. moris erat Judeis, ut eos, qui e suis qui Romæ versabantur, Romani, qui Antiochiæ Antiocheni, qui Alexandriæ Alexandrini appellarentur. Joseph. l. 2. con. Appion. et Philo ad Caium.

XII. v. 11.

Judei quoque, et Proselythi, Cretes, et Arabes audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.

11. Judei quoque et Proselythi.

a. Paulo ante nominavit eos, qui habitant Judeam; hic ergo Judeos vocat eos, qui ex Judeis, orbis terrarum, et gentium, quas hucusque recensuit, erant progeniti. Opponit n. eos Proselytis, qui s. erant oriundi ex Gentibus, et Judaismum erant amplexi. q. d., quos hactenus nominavi, Parthi, Medi, Elamitæ etc., tam Judei fuerant, quam Proselythi

b. Proselythi ex Greco advene, vel adventitii, qui s. ex Gentibus advenientes aggregabant se Judeis, eorumque Circumcisionem, et sacra capescebant. Hi g. Gentiles erant natione,

magnalia Dei, tum olim per Moisem, Patriarchas, et Prophetas edita, tum paulo ante per Xtum, et modo per Spiritum patrata. Celebrabant n. Xti Nativitatem, Vitam, miracula, mortem, Resurrectionem, Redemptionem, missionem Spiritus, eque ac Spiritus erga se et eidem Amorem, dignationem, Dona.

natione, sed Iudæi religione.

Cretes, et Arabes. Cretes Græca utebantur, a vulgari admodum diversa. Arabibus proprius erat sermo, paucis tunc notus.

Cretes et Arabes. Hac enumeratione significat promiscue omnes populos audisse suam linguam ex ore Apostolorum resonantem.

e. Nota Spiritui Aptis gentium plurium, quæ hîc nominentur, linguas indidisse. Nec enim nominantur hîc Brasilii, Mexicani, Germani, Galli, Germani, quorum tamen linguas calluerunt Apti, utpote ad eos propediem mittendi, et ituri.

20. Singularis quorundam opinio est, linguarum donum tamdiu mansisse Aptis, quamdiu linguæ capitibus eorum insederunt: eas vero linguas inchoatas, pluresque cuspides desijsse pro numero linguarum, quæ singulis Aptis conferebantur. Si linguarum dono nunquam caruissent Apti, ait Salmasius, quid opus fuisset interprete Marco in munere operæ Petro navanæ [illegible], totius antiquitatis testimonio comprobatum est.

Sed prona est objectioni responsio. Non enim singuli Apti omnes omnium gentium linguas norant. (Vide [illegible] 40.) vel ut semper ceteris eo munere fungebantur, quemadmodum nec semper, nec ad omnia Prophetiæ, Spiritus Prophetis adest. Hinc necessitas

necessitas Aptos in quibusdam verbis [illegible] pretis adhibendi: Nodus iste in sequenti au: tiuclo solvetur. Calm.

XIII. v. 12.

Stupebant au. omnes, et mirabantur ad invicem, dicentes: Quidnam vult hoc ee?

XIV. v. 13.

Alij au. irridentes dicebant: Quia musto pleni sunt isti.

Alij au. Verisimile est, hos fuisse Scribas, et Pharisaeos, eorumq. asseclas. Sicut n. ab Xto, ita et Xanos, praesertim Aptos, irriserunt, et persecuti sunt. Irrisio n. ista vel ex ignorantia, vel ex malitia profecta est. Judicare n. debebant Aptos, vel vino, vel Spiritu dei agi. Nullo enim modo e, qd peregrinas linguas loquerentur [illegible]

a. Musto pleni. Graecum γλεῦκος et mustum, et vinum, et succum dulce significat. Unde aliqui hic vertunt, vino dulci pleni sunt. Nam haec contigerunt in Pentecoste, priori iam

puta in mense Majo, cum nondum sint uvae,
ut ex eis mustum, vinumque recens exprimi pos:
sit. Alap. —

6. Verum irridendo, et subsannando hoc
dicunt, nec curant congrue, et maledice loqui, q. d.
isti videntur ebrij, ac insomnire, perinde ac si mustum
bibissent. Mustum n., quia lentum, turbidum,
ac feculentum, magis inebriat, turbatque [illegible]
cerebrum, quam vinum vetus, et defecatum: praesertim
quia ob dulcedinem avidius, et maiori co:
pia bibitur —

c. = Verum dicunt Judaei, inquit Cyril:
lus catech. 17, et irridendo. Novum n. vere
[illegible] erat illud vinum, et a spirituali vineâ, quae
iam antea saepe in Prophetis fructum fere:
bat, et in novo Testamento refloruit. Ut n.
sensibilis Vinea semper [illegible] manet eadem, successu
autem temporis novos affert fructus: sic et Spiri:
tus, idem semper manens, sicuti est qui [illegible] saepe
in Prophetis operabatur, nunc novum quidam,
et admirandum declaravit [illegible]

d. Et inferius = Non ita sicut vos existi:
matis, [illegible] ebrij sunt; sed, sicut scriptum est, ine:
briabuntur ab ubertate domus tuae, et torren:
te voluptatis tuae potabis eos. Inebriati sunt
sobria [illegible] ebrietate, quae peccatum mortifi:
cat, et cor vivificat: ebrietate omnino con:
traria illi ebrietati corporeae. Illa n. et cognito:
rum inducit oblivionem: haec enim ignoratorum
notitiam donat. Inebriati sunt bibentes vinum
spiritualis vitis illius, qui dicit: Ego sum
vitis,

vitis, vos palmites. 11.

XV. – 14.

= Stans au. Petrus cum undecim levavit vocem suam, et locutus e eis: Viri Fratres Judei, et qui habitatis Jerusalem universi, hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba mea. 11.

22. Stans au. Petrus, tamq Caput, et Princeps. Oes illi, quib insederat Sps nctus numero 120. pre: dixerunt; De eoru primi sese obtulerunt Apti, tamq ceterorum principes, ut rem gesta expo: nerent ijs, qui pre foribus domus illius adstiterant. Petrus oiu nomine, solus q. loquitur, et prodigij rationem reddens, legem Evan: gelicam solemniter promulgat.

a. Stans significat constantiam, et celsi: tudinem animi in Petro post receptu Spsnctu, qui prius ad vocem Ancille expaverat, et ne: gaverat Xtum.

b. = Erat, inquit Xtomus h. 4. in Acta, Petrus os oiu, causa Fidei agit pro oib, do: ctrinâ suâ instruit oes, ipse precipuus Fidei Assertor e, precipuus Catechista habet, et primus extitit Verbi Concionator, et primus coegit Ecclas, eaq. n ex Hierosolomitanis et circacirca habitantib Judeis, sed et Parthis

Parthis, Medis, Phrygijs, Libiis, Egyptijs, Arabibus, Advenis Romanis, et alijs. Et qui omnium fuerat a domino Pastor institutus, ex omnibus Nationibus cogere cæpit Oves. docuit eos Fidem simul et Apostolicos mores, nempe renuntiare omnibus, simul convenire in Oratione, et Panis a Xto edoctâ fractione.

XVI. v. 15.

= Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia.

23. ~~hora~~ Ab ortu solis Judeis dies erat duodecim horarum, quas in quatuor partes dividebant, ni. primam, tertiam, sextam, et nonam, cuiq. ternas horas assignantes. Prima computabatur ab ortu solis, et complectabatur tres horas, quibus evolutis succedebat tertia cum totidem horis, post quas in meridie sequebatur sexta, quæ teste Plutarco, l. 8. Sympos. q. 6., apud oes pene Gentes ee solet tempus, et hora prandij. Alap.

a. Judeis au. mos erat, cibum capere, sed tenuem, ad meridiem, id e hora sexta: in vesperis cænabant. Dicet Josephus, de vitâ suâ, die Sabbathi, et Festis prandendi horam ee meridianam. Apud Danielem, c. 13, recipiunt se oes domum, ut meridie prandeant; nec aliâ diei horâ Josephus Patriarcha, Gen. 43, Fratres convivio excipit.

6. Fuisset g. hois intemperantis, et irreligiosi,

irreligiosi, si quis crapulæ, et ebrietati eâ horâ indulsisset, die præsertim illâ solemni, cum matutinum tempus rei sacræ, et orationi totum addicendum eet. Calm.

c. Hora diei tertia. Hinc patet, Spiritum descendisse in Aptos tempore matutino, puta, horâ ab ortu solis tertiâ.

XVII. v. 16.

= Sed hoc ē, qd dictū ē p Prophetam Joel.

XVIII. v. 17.

= et erit in novissimis diebus, dicit Dñus, effundam de spiritu meo sup oēs carnes, et prophetabunt Filij vestri, et Filiæ vestræ, et Juvenes vestri visionem videbunt, et seniores vestri somnia somniabunt.

24. Visiones videbunt, et somnia somniabunt, somnia s. prophetica. Deus illis mentem via aperiet, futurosq. pandet eventus, verum illarum, quæ sibi sive per visum, sive p quietem noctis, sibi objectæ erunt.

XIX. v. 18

XIX. v. 18.

= et quidem sup servos meos, et sup Ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, et prophetabunt. //

XX. v. 19.

= et dabo prodigia in Cœlo sursum, et signa in terrâ deorsum, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. //

25. sed quando hæc contigerunt? Plerique, hic, et in Amos XI. 28. 29., præcessura hæc ominantur supremi judicij diem, juxta illud v. 22: = Antequam veniat dies Domini magnus, et manifestus. // —

a. Alij Hieron., Chartus., Theophilact., aliique Recentiores, exprimi his censent prodigia, quæ in obitu Xti mortales terruerunt, Eclypsim nempe, terræ motus, monumentorum subitos hiatus etc. —

b. sed melius mea opinione dicta hæc accipiuntur de prodigiis imminentis Hierosolymæ, et Templi excidij. Teste n. Josepho, de Bello l. 7. c. 12, plura tunc in aere, in Templo, et in urbe prodigia corruscavere. Nec id generis vaticinia ad literam semper urgenda sunt, ut eorum executio ad singulas eorum partes, et ad verba singula expendatur. Calm.

XXI. v. 20.

= sol convertetur in tenebras, et Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus. //

26. Antequam

26. Antiqq. dies nempe ultionis. Xtus in Evangelio, Matth. 24, vers. 17, exhibuit ut vivo imaginem excidii Hierosolimae, et sub eorum sub emblemate diei Adventus sui magnae et manifestae. sed pleraque, quibus diem illam designavit, extremae illi universalis Judicii diei pariter congruunt. Calm.

= et erit, oes, quicumque invocaverit Nomen domini, salvus erit. =

27. Sententiam hanc siquis obvia significatione accipiat, ea certe his limitibus appositis coarctanda erit: quicumque invocaverit Nomen Dni ex fide, spe, et charitate, vitamque ad recti, legisque Dnae regulam instituerit, illi salus in promptu erit. Alioquin nihil proderit Dni Nominis invocatio, nihil proficiet illa = Dne, Dne in Nomine tuo virtutes multas fecimus? Respondebit Deus = Nunquam novi vos. Matth. 7. 11. Conceptis verbis admonet Jesus, Matth. 7, = Non oes, qui dicunt mihi, Dne, Dne, intrabit in Regnum Caelorum. =

a. Sed phrasis Graeca, et Hebraica (Textus Joelis) exprimere potius videtur, = Quicumque nomine Populi dei, Filiorum dei censebuntur

C. Antiq.

remebuntur, illos nihil ~~eius~~ eiusmodi malorum tanget, me tuente; mala n: illa non nisi Populi mei hostes, et insectatores afficient. Calm.

XXIII. v. 22.

= Viri Israelitæ, audite verba hæc: Jesum Nazarenum, Virum approbatum a Deo in vobis, virtutibus et prodigiis, et signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut et vos scitis. //

28. Virum approbatum, Gr. Virum insignem inter vos, declaratum a Deo, spectabilem prodigiis. Christus tot tantisque inter vos prodigiis coruscavit, ut Virum esse a Deo missum, nulla vobis iustior suppetat dubitatio; missionis suæ veritatem signis, prodigiisque copiosissimis demonstravit.

6. de Christo agit hic Petrus, seu de Viro Propheta, probatoque a Deo plane misso, atque probato. Neque n: statim commendandam censuit divinam eius naturam, ne scandalo esset pusillis, nondum tantæ veritati idoneis. Calm.

XXIV. v. 23.

= Hunc definito consilio, et præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis. //

29. Definito consilio. Hoc dicit, ne Ju-
dei putent, Xtum casu, necessitate, aut
violentia crucifixum, q[uo]d dicerent, ne pu-
tetis vos vestris viribus vim intulisse
Xto, eumq[ue] ut potuisse, manus vestras evasisse.
Fuit hoc aliquid decretum in consistorio SS. Trinitatis,
et insequens ob id ipse obtulit Xtus, qua Deus, atque
libere se, et sponte mortem ipse subiens, ipse se
obtulit. Videsis Act. 4. 27-28.

a. Vestrae ille crudelitati non vi, infirmita-
te succubuit, sed cessit voluntati Patris sui ob-
sequens.

30. Traditum. Traditus est Xtus, tum a
Patre, Rom. 8. 32; et a se ipso, Gal. 2. 20; tum
a diabolo, Jo. 13. 2; et a Juda, et Judaeis, a Pilato,
in mortem, et crucem: sed passive, et obiecti-
ve a Patre, et a se; a diabolo vero, et reliq.
Angelis, active, et positive. Rursum fine
diverso; nam a Patre, et a se traditus est ut
mundum salvaret, a diabolo, ut Judaeos
ad Xti parricidium impelleret; a Juda ob cu-
piditatem pretii, a Judaeis per malignitatem;
a Pilato metus causa. Ita Origenes, et S.
Thomas in Matth. 26.

XXV. v. 24.

= Quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni; iuxta qd impossibile erat, teneri illum ab eo.

31. Quaeres, qui sint dolores inferni, quos Deus solvit, suscitans Xtum.

Novatores, iuvadas ad Calvino (contra quem vide Bellarm. l. 4. de Xti Aa) Xtum ita ad Tartarum penetrasse, ut damnatorum penas subierit; sive, beatam eius Aam maestos traxisse dies, qd viduata se corpore doleret, qd non nullorum error fuit. (Caiet. hic et 3. p. q. 52. a. 4.)

Descendit ille quidem in infernum, d cruciatus, ac doloris omnino expers.

6. Dolor, et pena ois Xti finita e in eius morte. Et certum e Xti Aam n fuisse detentam in inferno, nec corpus in sepulcro, in vindictam, supplicium, aut satisfactionem alicuius peccati; sed fuit hoc corpori mortuo quasi naturae humanae debitum: Animae vero fuit potius honor, et triumphus, quia per eam Xtus quasi Victor inferni, et liberator Patriarcharum eo descendit.

c. Dolores inferni designare hic censet Aug. epistolam 99; et penas ibi a Jesu toleratas, d illas, a quibus exemptus fuit, veluti cum fera Venatoris laqueis soluta dicitur, quos aliquis, antequam capiatur, fregit.

d. Alibi vero ide Aug., l. 12. de Gen. ad lit. c. 33, et epist. cit., dictum exponit, n de doloribus quos Jesus Tulit, superavitq. d de illis, quib SSm Patriarcharum aas exemit. Ut n. notat Beda, Retract. in Acta, quietos licet Aae illae dies agerent,

rent, dulci fruuntur. " quae cantati, nescioquid
tri molesti patiebantur, atque una simul absentia
boni, quod expectabant, sublevabant.

2. Dolores mortis et inferni metony:
mice accipiuntur dolores gravissimi, qui hominibus mor:
tem afferunt, eorumque animas in infernum mit:
tunt, ut ibi quasi tenebris, et carcere inelu:
ctabili, perpetuo detineantur, et degant.
Hinc illud Ps. 17. circumdederunt me dolo:
res mortis --- dolores inferni circumdederunt
me, praeoccupaverunt me laquei mortis. //
Al.

Alij censent, Xtum de:
scensu suo ad inferos, [illegible]
res, plurimos ex Purga
torio liberasse.

f. Sensus q. e., q. d., Deus suscitavit
Xtum solutis doloribus mortis, et inferni, h. e.
sublata per Xti suscitationem morte, et in:
ferno cum omnibus illis comitantibus, puta, tum prae:
cedentibus in agonia, passione, et cruce, tum
qui illam subsequi solent in inferno, q. d., Deus
per Xtum resurgentem dissolvit, et destruxit mor:
tis, et inferni regnum, cum omnibus suis doloribus,
et aerumnis. Al.

o mors ero mors tua, mor:
sus tuus ero inferne.

g. Huc accedit expositio Ribere, in c. 13.
Os., qui sic explicat solutis doloribus mortis,
id est solvens, et irritum id, quod per tot dolores,
et cruciatus mors effecerat, ut s. anima Xti a
corpore separaretur, dum eam separatam rursus
in resurrectione corpori univit. Mors n., et in:
fernus

ferrus suis aerumnis, et doloribus, quasi Xtus,
funibus videbantur Xti anima et corpus quasi
colligata, et incarcerata detinere, ut nulla inde
reliqua esse spes inde exeundi, et remeandi ad
vitam. Sed Deus haec vincula, et hosce funes
dissolvit, dum Xtum ex iis ad lucem, et vitam
reduxit.

h. disrupit mortis vincula! — Notam
mihi fecisti viam vitae — quae antea ha-
bebatur ignota.

i. Quem modo exponimus versiculum
ita recitat Syrus = solutis mortis funibus.
Funibus hisce inferni mortis sepulcri desi-
gnantur instita, quibus cadavera in sepulcro
vinciebantur. Jesus vinculis mortis exolutus
e sepulcro vivus, et liber exiit. Deus vin-
cula eius rupit, dissolvitque. Vide historiam
Resurrectionis Jo. 20. 5. 7. — Calm. Institas
hasce a sindone, qua cadavera obvolveban-
tur, Joannes id obscure distinguit, earumque
partim in resurrectione Lazari meminit
c. 11. — Calm. ...

k. S. Leo, serm. de Ascens. = Post pas-
sionem, inquit, ruptis mortis vinculis, quae
vim suam, qui peccati erat nescius, incidendo
perdiderat, infirmitas in virtutem, mortalitas
in immortalitatem, contumelia transiit
in gloriam. //

l. = Juxta quod impossibile erat eum tene-
ri illum ab eo // inferno // , et morte, tum quia
Xtus erat innocentissimus, et sanctissimus;
mors autem et infernus sunt carcer, et poena pecca-
torum; tum quia Xti Divinitas, eiusque ac
humanitatis vis, ac robur claudi, et deti-
neri nequibant morte, et inferno. Sed potius
Xtus

Xtus, quasi victor, dominator, et triumphator ea suâ manu, et potestate clausit, imo dissolvit, enervavit, abolevit. Af.

XXVI. v. 25.

= David n. dicit in eum: Providebam Dnum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

32. In eum id est in Personam ejus, ait Cajetanus. David in Xti persona haec dixit.

a. Providebam ad, q. d., in omni mea actione, passione, cruce, et morte providebam ad Dominum.

b. Quoniam a dextris est mihi, ad, tanquam protector, et propugnator ne commovear (Protegente se Deo, Aug. in Ps. Protexisti me Deus)

XXVII. v. 26.

= Propter hoc laetatum est cor meum, insuper et caro mea requiescet in spe.

33. Caro mea crucifixa, mortua, et sepulta, requiescet in spe resurrectionis.

c. Justi omnes moriuntur, et in sepulchro quiescunt, spemque novae vitae fovent; sed non omnibus, uti Xto, dies resurrectionis suae nota est.

XXVIII. v. 27.

XXVIII. v. 27.

= Quoniam non derelinques animam meam in inferno,
nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. //.

34. Non derelinques animam meam in inferno. Anima quandoque pro cadavere, vel pro ipso homine sumitur. Pro cadavere Lev. 19. 28; 21. 1. 2., Num. 5. 2., 9. 10.; vide et Ps. 88. 49.; pro persona vero, Ezech. 41. 15., Amos 6. 8. Item infernus pro sepulcro. q. d., non permittes, ut perpetuo iaceam in sepulcro, et corporis mei compago ibi dissolvatur —

a. Sed huius textus sensus verus est: minime patieris, ut anima mea, quae Patriarcharum animas liberatura ad inferos descendit, ibi perpetuo maneat, neque corpus in sepulcro conditum contabescat. Calm.

b. De fide est Christi animam post mortem descendisse ad inferos, ut habet Symbolum Apostolorum, ita S. Ambros. serm. 14. de Mart., S. Hieron. in ps. 15., S. Aug. ep. 99. et alii passim. Al.

c. Inepte igitur et impie Beza sequutus Calvinum vertit = non derelinques cadaver meum in sepulcro //. Negat enim ipse cum suo Calvino, Christum descendisse ad inferos; itaque reipsa tollit hunc articulum a Symbolo, = descendit ad inferos //, dum eum ita interpretatur, ut idem sit, quod descendit ad sepulcrum. Vide Bellarm. l. 4. de anima Christi c. 12. Al.

d. Nec dabis sanctum tuum, videre (sentire, experiri) corruptionem // q. d. = Neque sanctificatum corpus, per quod alii sanctificandi sunt

Act. C. II. v. 27. ...

ficandi sunt corrumpi patieris. S. Aug. in ps. 15.

XXIX. v. 28.

= Notas mihi fecisti vias vitæ, et replebis me iucunditate cum facie tua.

35. humanam Xti naturam ptinent. ...

Resurrectio, et glorificatio corporis vie, quib. Xtus progressus ē ad vitā immortalem, et gloriosam, eāq. progredi faciet in universali resurrectione

b. Notas fecisti p. me humilitatis vias, ut ad vitam redirent hōes, unde per superbiam ceciderant. S. Aug. in ps. 15. et S. Ambros. serm. 22., martires, inquit, = sicut viam passionis Xti experti sunt, ita experient et vitæ. scriptū ē n. = Notas mihi fecisti vias vitæ. Hoc utiq. in persona dicit salvatoris, ut qui dum post mortem ab inferis redijt ad superos, incipiat notam habere viam vitæ, quē antea habebat ignota — Notas n. mihi fecit vias vitæ, cum me docuit fidem, misericordiam, iustitiam, castitatem. His n. itineribus pervenitur ad salutem.

c. Replebis me &. id ē coram facie tuā, q. d. replebis me oī gaudio, et lætitia tā in corpore

corpore, q in aā, cū mihi resuscitato ostendes faciem tuam.

XXX. v. 29.

= Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David, quoniam defunctus ē et sepultus, et sepulcrū eius ē apud nos usq. in hodiernam diem.

36. Probat, citatum locum n̄ competere David, eo qd ipse defunctus, sepultus, et corruptus sit, d Xto, post triduū mortis resurgenti.

Conditus ē David in ipsa Urbe Jerosolyma, 3. Reg. II., eiusq. sepulcrum adhuc ætate Petri supererat. Calm.

6. ergo David n̄ de se, d de Xto prophetavit, cū dixit = Non dabis eẞ.

XXXI. v. 30.

= Propheta igr. cū eēt, et sciret, quia iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi ~~ss~~ eius sedere super sedem eius.

37. de fructu lumbi eius, fructus lumbi, seu ventris, sunt proles et posteri.

9. Cum pphetia sit sparsū in asserendo Davidis Regnū Xto, hinc Apłus resurrectionem illum a mortuis collegit; Quā necesse erat promissionum consecutio; licet n. illi Regnū non temporale, ~~d spirituale~~ destinaretur,

vetur, nunq tn in Ecclia suâ vere regnare, neq. in fide, et charitate nos confirmare (ne dum alih in nos ppie regnat) potuisset, nisi a mortuis ~~resurgendo~~ resurgeret. Resurrectio illius universæ prædicationis, et prodigiorum eius sigillū ē, et consumatio. Calm.

6. Sedere sup sedem eius, i. obtinere regnū Davidis Patris sui, in eiusq. throno quasi ~~...~~ Regem sedere. Hoc Xti Regnū n̄ fuit temporale, uti Davidis, ꝯ spirituale, et æternum. Regnū q. Xti et Ecclia, primū in Judæa, dein de p totū Orbem sparsa, ea militans, quæ in fine mundi erit triumphans. Xtus n̄ instauravit, et Regnū Davidis collapsum restituit, ꝯ augustius, et nobilius, ne pro terreno celeste, pro caduco æternū substituit.

Hanc Regni sui instaurationem a Prophetis promissam accole sub tempore Xti exspectabant, et etnunc expectant. Unde Gabriel annuntians Xti incarnationem, Luc. 1, = Hic, inquit, erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit illi Dnus Deus sedem David Patris eius, et regnabit in domo Jacob in æternū, et regni eius n̄ erit finis. // .... quare frustra miseri, et abiecti Judæi ... suū Messiæ Regnū carnale, exile, et caducū prostolantur. A.

XXXII. v. 31.

XXXII. v. 31.

= Providens locutus est de Resurrectione Xti, quia neque derelictus est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem. //.

XXXIII. v. 32.

= Hunc Jesum resuscitavit Deus, omnes nos testes sumus. //.

XXXIV. v. 33.

= Dexterâ igitur Dei exaltatus, et promissione Spiritus acceptâ a Patre, effudit hunc, quem vos videtis, et auditis. //.

38. Xtus in Caelum conscendens omnibus creaturis sublimior factus est, tantaque adeptus est gloriam, ut caeterorum dignitatem plurimum superaret, cunctis omnibus qui in Caelo, in Terra, atque inferis versantur, se altiorem ... Philip. 2. 10. Verbis illis dexterâ Dei exaltatus ad illud versiculum Psalmi 117. spectat = dextera Dni exaltavit me, dextera Dni fecit virtutem: non moriar, sed vivam. //.

39. Promissione Spiritus acceptâ a Patre etc. Dei Filius, rogaturum se dixerat Patrem, ut alium Paraclitum, et Consolatorem ad Aptos mitteret, Jo. 14. Petrus pro concione dixit, Xtum impetratum a Patre juxta datam ab illo fidem, Spiritum effudisse die illa in Aptos. In eo vero Spiritus illapsu fragorem, ac procellam venti insonuisse, quae animos illorum perculerat, praesentisque tandem Numinis argumentum ee

tum ee

tum est varium Linguarum donum, quo rudes hacte-
nus, indoctiq. hoes instructi fuerunt. = Quem
vos nunc et videtis, et auditis ", in linguis
igneis p os nostrum varijs linguis loquentem
magnalia dei.

XXXV. v. 34.

= Non n. David ascendit in Cælum. dixit au. ipse, di-
xit Dnus Dno meo, sede a dextris meis ". —
= Donec ponam inimicos tuos scabel-
lum pedum tuorum " . v. 35.

40. Non n. David est, adeoq. nec de illo dictum existimari potuit = dextera dni exal-
tavit me, non moriar, d vivam " . de Xto accipiendum est, qui nedum a mortuis resur-
rexit, verum etiam Cælo ascenso ad dexteram Patris assidet " . Neq. n. de alio quoq. affirmari
potuit a Davide ps. 109. = Dixit Dnus Dno meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum " . ista David de alio, q de se affirmat. De Xto ergo, qui nobis presenti-
bus ad Cælum ascendit, postq nobis testibus a mortuis resurrexerat. Cælum . . . .

a. duplici Psalmorum testimonio Aptus Ascensione Xti probat, illo nempe, ad q versi-
culo superiore respicit, ps. 117. = dextera dni fecit virtutem: dextera dni exaltavit me ". alt[er]o
ex ps. 109 = Dixit Dnus Dno meo, sede a dextris meis ". Ascensionem eius a sessione ad dexte-
ram Patris colligit. Hinc pariter Xtus argu-
mentum in

mentad in Pharisæos pro asserenda divinita:
te sua deduxit, Math. 22. · Calm.

XXXVI. v. 36.

= Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia et Domi:
num eum, et Xtum fecit Deus hunc Jesum, quem vos
crucifixistis.

a. Dominum, et Xtum. Asserta jam argumentis resurrectione, ascensione, sessione Xti ad Patris dexteram, atque illapsu Sancti Spiritus, Prophetarum, ipsiusque pariter Xti oraculis prænuntiato, rectâ conclusione colligit Aplus, Xtum Messiam se a Patre Dominum et Xtum constitutum i.e. dominum non Judæorum tantum, sed et orbis universi, summumque liberatorem, certis, diu ante, et Prophetarum oraculis vaticinatum, unctum divinitate cum humanitate hypostatice sociatâ, et effusione Sancti Spiritus, quo abundavit. Act. 10.38. Calm.

a. Et Xtum fecit sive Messiam, i.e. unctum gratiæ plenitudine de qua omnes accepimus. Cum porro erexit Deus ad hoc dignitatis fastigium eo ipso, quo eum divinæ Personæ, et Naturæ in incarnatione univit. Sanctus Petrus hic loquitur de Xto, non qua Deus, sed quia homo est. Ch.

b. Quem vos crucifixistis. Hic ingens est stimulus, quo S. Petrus mirâ libertate et sinceritate pupugit contra Judæorum, q.d. Videte

quantum

quantum scelus admisistis: crucifixistis Jesum,
id est salvatorem mundi, et Xtum Regem ve-
strum, qui est Deus universorum. Al.

XXXVII. v. 37.

= His au. auditis compuncti sunt corde, et dixerunt ad
Petrum, et ad reliquos Aptos: Quid faciemus, Viri fratres? //

42. Compuncti sunt corde, intimo s. dolore,
et contritione commissi criminis sublato
Xto in patibulum

a. Quid faciemus? Quid nobis praestandum erit, ad delicti huius expiationem?

b. Utrum hic miretur magis, Xti in suos parricidas potentiam, an clementiam? an potius utrumque? Clementia n. eos ad poenitentiam vocavit, et poenitentes in gratiam recepit, habuitque loco Filiorum carissimorum. Potentia mentes eorum hostiles, et saxeas compunxit, et commutavit, fecitque benevolas, et amicas, ut Xtum, quem antea summe oderant, diligerent. Haec mutatio dexterae Excelsi. Al.

XXXVIII. v. 38.

= Petrus vero ad illos, pænitentiam, inquit, agite, et baptizetur unusquisque vestrum in Nomine Jesu Xti in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum Spiritus S.ti.

43. Cum illis Petrus præscribit, ut pœnitentiam agant, et baptizentur in Nomine J. Xti

a. Pœnitentia ante Baptismum necessaria, et requisita, e contritio, et detestatio admissi peccati. Ea autem non necesse est ee perfecta ex puro nempe et solo amore Dei; sufficit ee attritionem juxta Tridentini doctrinam

44. Et baptizetur in Nõe J. Xti. Infra c. 8. v. 16. disputabimus, an Baptisma unius Crucifixi nomine collatum, minime expressa Trium Personarum sme Trinitatis invocatione valuerit —

a. Hic tantummodo animadvertendum ee ducimus, Baptismum in Nomine J. Xti perinde accipi ac Baptismum a J. Xto institutum, et oppositum Baptismo J. Baptistæ constitutumq. auctoritate J. Xti, et ab ejus discipulis Magistri nomine præstitum, per quem Xani efficimur, et meritis J. Xti peccatorum veniam impetramus, eiusq. Ecclesiæ adjungimur —

b. Alicubi dixit Xtus, Jo. 14. Patrem missurum Spiritum in Nomine suo, suosq. discipulos oraturos Patrem in Nomine suo, Jo. 16;

Baptismus J. Xti e is, qui confertur in Nõe sme Trinitatis dicendo, ego te baptizo in Nõe P. et F. et Sp. S.ti —

Licet nonnulli hac re olim dubitaverint, imo negaverint hanc formam esse necessariam, contendentes sufficere, ut baptizans dicat, Ego te baptizo in Nõe J. Xti, eo quod id hic dici videatur, in contrarium declaravit et definivit Eccla. Vide Suarez 3. p. t. 3. disp. 23. — Ch.

suo, Jo. 16; . Mandatum fuit Apostolis, ne quid in eius Nomine loquerentur, Act. 4; . In his locutionibus Nomen Jesu Xti nihil aliud sonat, nisi Xtum ipsum, eius authoritatem, merita, evangelium loqui, prædicare, baptizare eius jussu, et ad normam doctrinæ, atque institutionis eiusdem factum.

45. In remissionem peccatorum. Non obscure Apostolus tribuit Baptismati Xti peccatorum remissionem. Exigit tamen, ut huic Baptismo præcedat pœnitentia, luctus, et mentis conversio. Habitudines istæ nullam conferunt Baptismo efficaciam, et remittendorum criminum virtutem; sed meræ sunt dispositiones, quæ nisi adfuerint, iners, et vacuum Sacramentum erit. Cor male compunctum, quod minime tangitur dolore criminum, nec gratiam quæ, vel parum afficitur amore Dei, qui totius justitiæ fons est, non incalescit, nec fidei lumine illustratur, neque timore Dei movetur, ut trahitur quo, justificari in Baptismo recipit, (Vide Conc. Trident. sess. 6. c. 6.), obstacula sunt ista, quibus virtus Sacramenti impeditur.

45. Et accipietis donum Spiritus, quod est justificantem, qua per lavacrum regenerationis corda hominum afficiuntur, Tit. 3. 5.

a. Accipiunt

a. tuæ

a. Accipiunt hic pueri de donis extra- ordinariis Spiritus, uti de dono linguarum, miracu- lorum, prophetiae, quae fideles Baptismate tin- cti statim a sacramento ut semel recipiebant in ipsa manuum impositione, et confirmatione, quae Baptismati statim coniungebatur, Act. 10. 45; marc. 16. 17. sed dona haec san- cti Spiritus a Confirmatione potius, quam a Baptismate, collata fuisse, ex Scriptura discimus. Act. 8. 15. 16. 17., et 9. 5. 6.

12. v. 39.

= Vobis enim est repromissio, et filiis vestris, et omnibus, qui longe sunt, quoscumque advocaverit Dominus Deus noster.

46. Vobis est repromissio et filiis vestris. Ad vos, quasi filios Abrahae, pertinet Repromissio Abrahae facta de Christo, quod scilicet per eum benedi- cendae, id est, iustificandae et salvandae essent omnes gentes, Gen. 22., etc.

a. et omnibus, qui longe sunt. Promissiones salutis per Messiam afferendae, omnibus late hominibus factae sunt; ita tamen ut Iudaeis primum, deinde gentibus, ante domesticis, tum ceteris fa- veant. Calm.

b. Omnibus, qui longe sunt, puta Gentilibus, ad quos loquens Apostolus, Ephes. 2; = eratis, inquit, illo in tempore sine Christo, alienati a con- versatione Israel, et hospites Testamento- rum, pro-

suo, 10. 18;

rum, promissionis spem non habentes, et sine deo in hoc mundo: Nunc au. in Xto Jesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Xti. 11. Al.

c. Quoscumque advocaverit deus dominus, illi pariter in earum pollicitationum spem admittentur, modo, circa fide mentem illuminent, legibus eius pareant, et in amore, ac fide stabiles perseverent. Nihil in tota Scriptura sæpius, et disertius inculcatur, quam vocatio Gentium, et necessitas vocationis Dei, gratiæ eius prævenientis, fidei, charitatis, ac morum sanctimoniæ. Calm.

XL. u. 40.

= Aliis etiam verbis plurimis testificatus, et exhortabatur eos, dicens: Salvamini a generatione ista prava.

47. Testificatus est, id est, quasi testibus adhibitis asseverabat, confirmabat, et contestabatur, vera esse sua dicta, et dogmata de Xto. Testes erant tum Scriptura, et Prophetiæ de Xto, tum commemoratio sanctitatis, et miraculorum, vitæ et passionis Xti, tum ipsi Apostoli, ceterique Fideles, tum et ipsi Judæi, qui Xti vitam, miracula, et mortem viderant. Al.

a. Salvamini etc.

a. eue

ɑ. Salvamini ab. Subducite vos a cœtu Judæorum incredulorum, et Sicariorum, qui dona Dei de ridiculo traducunt, sermonesq. vestros, perinde, ac stulta ebriorum deliria aspernantur. Calm.

b. Salvamini ab. q.d., per fidem, et Baptismum Xti, vitamq. Xanam, segregate vos ab hoc seculo infideli, et impio, puta a Judæis, et Gentilibus infidelibus, et impijs, ut salvetis ãas vestras. Al.

XL. v. 40.

= Qui g. receperunt sermonem ejus baptizati s̄, et apposi-
ti s̄ in die illâ animæ circiter tria millia.

48. Baptizati s̄ per manus Aplorum in Nomine Trinitatis. Calm.

a. Appositi sunt Ecclesiæ, et cœtui Fidelium, qui tunc collecti erant pauci numero, puta 120.

b. Tria millia. Vide hîc fructum sanguinis Xti, et linguæ igneam Spiritus per os Petri: iaculantem ignea verba, quasi tela, quibus totum Auditorum cœtum amore Xti incendit, et inflammavit. Al.

49. In die illa. Atq. hæc non credimus die primâ Pentecostes, ut Judæi plus nimio religiosi essent de quiete eo die servandâ. Insuper
iam in

iam in multam diem sol processerat, quod au-
reliquum erat diei in aliis Festi hujus peculiaribus
exercitationibus impendendum manebat. Baptis-
mate iis facile tincti s. aliis succedentibus die
bus, postquam probe instructi, atque in fide confir-
mati certam fecerent speram, quantum tempus patieba-
tur, de conversionis sinceritate —

a. Attamen e schola Thei, S. Thom. 3. p.
q. 66. a. 7., et alii post eum plurimi
communi ferme assensu asserunt, ea-
dem die eos Baptismate initiatos fuis-
se, et cum trium millium multitudo
major esset, quam ut res facile peragi
possent, censent, aspersione tantummo-
do baptizatos fuisse: id est hoc illo-
rum cetum ramo arboris aliave
re asperso fuisse aquâ, atque ita singu-
los satis aquae contigit, ut in parte
aliquâ vel minimâ corporis contacti
censerentur —

6. Sed affirmari meretur bap-
tismi nomine Hebraeos longe aliud in-
telligere, quam ritum hunc aspersionis, quem hujusmodi
in eventu obtinuisse apud Hebraeos, nunquam le-
gimus. Baptizare est apud illos, totum corpus
aquâ

Non ita est, nam plura e-
rant apud eos baptismata,
neque erat totius corporis im-
mersione. Vide v. Baptismus
a. xxxv

~~aquarum~~ ~~Quodcirca~~ aqua mergere. Si: cere pictoribus nostris occurrit, ut Baptistam aquam supra caput Jesu fundentem, l manu, l concha, specimen hac in re, sicut et in aliis, ignorantiae suae praebent. —

c. Aspersionem designaturus pictores abstinet a voce lavandi, abluendi, l mergendi, id, quod verbo baptizare exprimitur. utitur aliis exprimentibus actum ipsum spargendi, l leviter effundendi aquam = spargere, rore levi, .. —

d. Eccla orientalis universa hodie pariter triplici in aquam ~~[illegible]~~ mersione baptizat (Renaudot t. 5. Perpetuité de la Foi l. 2. c. 4.) Quem sane ritum luculenter exprimunt canones Aptici (Can. Apost. 50), summo in pretio apud illos habiti. Asserunt hunc morem orea Officia baptismalia, Graeca. Thei, et Canonistae ~~[illegible]~~ Melchitarum, Nestorianorum, et Jacobitarum. —

e. Quandam denuo Graeci impingunt Latinis, nedum quod nullas in suo Baptismate immersiones, quod trinas ij servent. —

f. Olim in Eccla Latina nullus familiarior Baptismi ~~[illegible]~~ ritus obtinebat, quam immersionem, quam satis diu apud illos perseverasse, ex ~~antiquis~~ libris ritualibus discimus ~~[illegible]~~ Reiciebant tinctos tinctos simplici aspersione (vide Cornel. Papae apud Euseb. Hist. Eccl. l. 6. c. 43; et ~~[illegible]~~ Ferrand. diacon. ep. ad S.

suo, 10. 10;

ep. ad S. Fulgent., Cyprian. ad Magnum ep. 76.
vide Martene de antiq. Rit. l. 1. c. 1. art. 14.),
eosq. ad sacros Ordines minime promovebant.
Deniq. hic Baptismi ritus tantummodo in aegrotis
tolerabatur —

g. Nemo tamen unq. adeo effrictae frontis fuit,
qui Baptismum p. aspersionem irritum declararet.
Graeci pariter, et Orientales, etsi oppositi ritus tena
cissimi, Sacramentum ita collatum validum agnoscunt.
(Vide Renaud. l. cit.) —

h. Ut ad propositum regrediamur, probabile est,
universam hanc trium millium multitudinem toto
corpore aquâ mersam fuisse; ita h. verbum
baptizare Hebraeis, Chaldaeis, Syris, ci. Orienta
libus usurpatur —

i. Profecto ingens licet haec multitudo
cito baptizatur, si plures ~~dein~~ eidem simul
rei operam navent; nec operosius aliquid re
quiritur, q. ut semel, (sive mergentes aquâ hos,
omne ad collum usq. iam mersi et continuato
ordine alter post alterum se offerentes manibus
illius, qui sacro operatur, et formam pronun
tiat —

k. Ut aut res aggeretur, fuit ad Jordanem
sed ingens aliqd aquae receptaculum accessere —

l. Du Guet plurium dierum historiam hic
iungit. Conversio trium millium statim acci
dit: reliqua suo tempore executioni man
data sunt. Calm.

X L. II. c. 42.

a. rue

XLII. v. 42.

= Erant autem perseverantes in doctrina Aptorum, et Communicatione fractionis panis, et orationibus =

s.v. Assidui erant, et instantes in audiendis Aptis, ut dogmata Evangelii addiscerent; Adhaere: bant constanter omnis institutionis adversus odia, et iniurias Judaeorum imiti. Calm.

s.1. Et communicatione fractionis panis: Coi: bant in unum, vescebantur pane Eucha: ristico, et sanguine domini, ut explicant plerique (Cornel. Fromond. Sanct. Menoch. Sugn. alii) —

a. Verba illa = et communicatione fractio: nis panis =, Syrus vertit in fractione Eu: charistiae — Aptus, 1. Cor. 10. = Panis quem frangimus, nonne participatio Corporis domini est = Vernaculus etiam lectio ser: mo Communionis vocabulum retinuit, ad designandam potissimum Corporis, et San: guinis Dni comestionem —

b. Quibusdam vero Interpretibus, id est non so: lum Bezae, et Grotio, sed et multis catholi: cis (Xtom., Oecum. aliis) visum est, dicta haec communicatione fractionis panis, acci: pere de communibus cibis, cum apud illos pri: mos Fideles obtineret, ut cibum, reliquum que convivium haberent commune —

c. Syr. = Erant perseverantes in commu: nicatione, et fractione panis =; quod aliqui explicant de Bonis in commune commodum permissis,

suo, 10.10,

permissis, deq. communibus conviviis, sive de communione cibi, quae sumptione Eucharistiae claudebatur, (Syr. transl.) a Calm.

d. Haec fractio panis inijcitur inter Doctrinam Aplorum, et Orationes. Erat g. eiusdem ordinis puta spiritualis. Al.

c. Alludit Lucas ad verba sui Pauli, 1. Cor. 10. 16, ubi Eucharistiam vocat fractionem panis, ob causas, quas ibi recensui —

d. Adde primos Xanos post Eucharistiam cogitasse comune convivium q. ob symbolum charitatis vocabant Agapen, in qua ante panem, ciburnque frangebant, et manducabant, de quo dixi, 1. Cor. 11. 20. Alap.

Jo. Laudin

XLIII v. 43


gna dentro il nembo.

5. Questi comandamenti non erano nuovi, erano tutti della Legge nat., toltane la determinazione del sabbato. Iddio volle allora rinovarli, e li diede in iscritto, perche l'ignoranza, e la malizia degli homini gli avea quasi ancellati.

XI. Lez. Dell'Alleanza di Dio cogl'Israeliti.

1. — Oltre il Sabbato comandò tre Feste grandi, nelle quali tutti gl'Israeliti erano obbligati di presentarsi avanti di esso. La Pasqua, in cui dovevano sacrificare un'Agnello, e mangiare degli Azimi, cioè pani senza lievito, in memoria dell'uscita dall'Egitto. La Pentecoste, cioè il cinquantesimo giorno dopo la Pasqua, ch'era il giorno, in cui avevano ricevuta La Legge, e in cui offerivano i frutti primaticci. La terza Festa era la Festa de' Tabernacoli in memoria del viaggio per il Deserto.

2. Avendo Moise per comando di Dio scritte tutte queste Leggi, le lesse al Popolo insieme colle promissioni, che faceva, di metterli al possesso della Terra di Canaan, e di colmarli di averi, se osservavano i di lui comandamenti. Il Popolo lo promise, e Moise prese parte del san-

gue delle

Mons. Sebastiano Braida.

Spogli di Autori

per le sue Lezioni scritturali.

(autogr.)

1 Apparatus Biblicus — Bernardi Lamy [illegible] 1723
apud Laurentium Baglioni

Prefatio

1 Exhibet scriptores qui rem Talmudicam et Rabbinicam exposuerunt, et de ritibus, disciplina, misteriisque eorum Judæorum libros et commentaria ediderunt

2 Croceus Anglus indices texuit Interpretum Scripturæ sacræ

Liber I.

Cap. I

3 Notio generalis Gentis Hebræorum seu eorum origine, et divisione in tribus et familias

4 de Circumcisione

5 de Proselytis Domicilij, et justitiæ

Cap. II

6 de sex mundi ætatibus in quas dividi solet spatium illud annorum quæ effluxerunt ab Adamo, seu a creatione mundi ad Nativitatem Christi

Cap. III

7 Tabula et descriptio Geographica totius orbis terrarum ~~ac præcipue terræ Israel~~ et altera propria terræ Israel, et Jerosolymæ

8 de situ Paradisi Terrestris

Cap. IV

9 Tabula et descriptio Tabernaculi Altaris, Arcæ, Candelabri, et quæ ad Tabernaculum spectant

10 Tabula et descriptio Templi Hierosolymitani

11 ~~Synagogarum descriptio~~

Cap. V.

12 de Horis diebus mensibus Annis, Hebdomadibus, et Annis jubilei Judæorum

13 Kalendarium Judaicum

Cap. VI

14 de Judæorum festis, Sabbato, Neomenijs, Paschate, Pentecoste, Anno sabbatico, et Jubileo

Cap. VII.

15 de Sacrificijs Judæorum eorumque ritibus, de Oblationibus, Donis primitijs,

Primitijs, decimis Judeorum

16. de institutione, et Origine sacrificiorum

17 de materia, ritibus, ministris, loco tempore, et speciebus sacrificiorum

Cap. VIII

18 de Templi Ministris apud Judeos, de Levitis, de Sacerdotibus et alijs Personis sacris Nazareis, Rechabitis, Prophetis, et 70 Senioribus.

19 Tabula seu descriptio Vestium Sacerdotalium.

20. de Archisinagogo, et ceteris Ministris Sinagogarum.

Cap. IX.

21. de Judeorum Doctoribus, de sectis inter eos, nempe Pharisaeorum, Saduceorum et aliorum etc et de Personis schismaticis

22. de Scribis

23. de Scholis et Sectis Judeorum

24. de Herodianis

25. de Essenis

26. de Samaritanis

27 de Hellenistis

28. de Karæis

Cap. X.

29 Dogmata fidei Judeorum et Praxes Religiosæ

30 Judeorum Religio erga sacram Scripturam

31. Rabbinorum nugæ et superstitiones in cultu Sabbathi

32. de Habitu Judeorum ad Templum accedentium deque eorum Precibus

33 de Judeorum Jeiunijs

Cap. XI.

34 de Republica Hebreorum, Magistratibus et Principibus

35 de Principibus cuiusque Tribus

Cap. XII.

36. de Forma regiminis Hebreæ Reipublicæ deque eius varijs tribunalibus, Judicijs, et pœnis.

37. de excommunicatione Judeorum

Cap. XIII

38 de Hebreorum Legibus Multiplicibus, quæ scilicet Noacho, ~~Mosis~~ Abrahæ, et Moysi dati sunt

39 de Lege Judeorum orali, Talmude, Mischna, Gemara

Cap. XIV.

Cap. XIV.

40. Consuetudines, Ritus, mores tum veterum, tum hodiernorum Judeorum circa res Civiles ad intelligentiam Evangelicae historiae.
41. Forma et descriptio religiosae vestis et habitus Judeorum
42. De nominibus quae pueris Hebreorum in circumcisione imponebantur, et de ablactatione Puerorum
43. De Judeorum nuptiis.
44. Judeorum domus
45. Judeorum mensae
46. Judeorum Funera

Cap. XV.

47. De mensuris, Ponderibus et Nummis de quibus in Sacra Scriptura fit mentio.

Cap. XVI.

48. De mensuris cavis et longis, de quibus in Scriptura fit sermo

Liber Secundus

Cap. I

49. Scripturae sacrae divina est auctoritas.
50. Enumerantur libri Canonici Sacrae Scripturae, et cuiusque Libri brevis texitur historia.

Cap. II

51. De divisione Librorum sacrorum, a quibus qua etate, et qua lingua singuli scripti sunt, et cuius authoritatis hactenus fuerint.

Cap. III.

52. Linguâ Hebrea primum scripti sunt libri sacri
53. De antiquitate, natura, proprietatibusque Linguae Hebraicae
54. De punctis Vocalibus quando scilicet inventi sint

Cap. IV.

55. De integritate, et authoritate Hebrei Codicis
56. De Masora, et Cabala Judeorum

Cap. V.

57. De Hebrei Codicis antiquis Versionibus Graecis, praecipue de Versione quae dicitur LXX Seniorum.

Cap. VI

Cap. VI

58 De Versionibus latinis eâ precipue quae nunc Vulgata dicitur

Cap. VII

59 De Pentateucho Samaritano, Paraphrasibus Chaldaicis, seu de ceteris sacri Codicis Versionibus, et eius Editionibus precipuis

Cap. VIII

60 De varijs Scripturae sacrae exponendae modis, Expositionum Regulis, et harum expositionum claris Authoribus

Liber Tertius

Cap. I.

61 De falsis Numinibus quorum fit mentio in Sacra Scriptura.

62 De Ariolis, et Pythonibus

Cap. II

63 De Animalibus quorum fit mentio in Sacra Scriptura.

Cap. III

64 De re Herbaria, frumentis, Leguminibus, Arboribus, fruticibus, et Plantis omnibus, quarum mentio fit in Sacra Scriptura.

Cap. IV

65 De Gemmis, et pretiosis lapidibus, quorum in Scriptura fit mentio.

66. de duodecim Lapidibus pretiosis Apocalypseos.

Cap. V.

67 de ceteris rebus naturalibus, quae Celo et Terra continentur, quarum omnium prenotionem aliquam habere utile est ad intelligentiam Scripturarum.

68. de Celo, et terrâ, eiusque figura, et materia

69 de Metallis

70 de Sabio et Nitro

71. de Re Vestiaria

72 de Re Cibaria

73. de Aromatibus

Cap. VI

74 de Morbis quorum mentio fit in Scriptura.

Cap. VII

75 de partitione Codicis Sacri secundum quod integer ex ordine legi potest spatio anno.

II. R.P. Natalis

II R. P. Natalis Alexandri — Historia Ecclesiastica Veteris, Novique Testamenti

Tomus Primus Ætas Mundi prima a Temporis Principio ad Diluvium annos MDCLVI complexa

Art. I.

76. Huius Ætatis exponitur Historia ut in Sacris Libris traditur

Art. II.

77. Huius Ætatis Historia ut a Josepho illustrata, vel interpolata, et Hebræorum, atq. Arabum fabulis adulterata.

Art. III.

78. Huius Ætatis Historia, ut ab Ethnicis Scriptoribus confirmata, vel interpolata.

Dissertatio Prima

Art. I.

79. Quid nomine Principij in quo Deus Cœlum et Terram creasse Moses scripsit, intelligendum veniat

80 Cœlum et Terram in principio creata scripsit Moses, ut ante omnia, et in ipso Mundi, ac temporis exordio condita significaret.

81. Principij nomine Filius Dei congrue intelligitur in his verbis: In principio creavit Deus &

Art. II.

82. De Opere primæ diei

83 Cœli ac Terræ nominibus sive materiam informem intellexeris, sive supremum Cœlum, sive Cœlestium rerum systema, ac Terra elementum sententiam propugnabis probabilem. Postrema tamen interpretatio scopo Moysis convenientior videtur.

84. Spiritum domini qui super aquas in Mundi exordio ferebatur sive aerem aut ventum, sive vitalem spiritum aut efficaciam intellexeris, probabilem interpretationem afferes. Antiquis vero Patribus longe probatissimam, si Spiritum Sanctum designari censeas

85 Lucem prima die Mundi a Deo conditam, si vel Angelicam naturam, vel Gratiam qua illustrata et ornata est, intellexeris, a fidei regula non aberras si corpoream Lucem interpreteris, consonam certe Mosaicæ narrationi propugnas sententiam.

Art. III. De Opere secundæ Diei

86 Quum firmamenti nomine quod secunda die conditum est Moses intel: lexerit, an Celum Sydereum an intervallum Aeris in quo nubes coguntur, celum inter et Aquas inferiores apparuit, haud liquido constat

87 Etsi firmamenti nomine Celum sydereum intellexeris, super illud veras aquas admittere oportet, Scriptura sacra Patribusque persuadentibus.

Art. IV De Opere tertie diei

88 Aquarum inferiorum in sua conceptacula collectio, quarum condensatione, que antea rariores erant, et in nubem attenuate, et immensis receptaculis, alveisque ad eas excipiendas et continendas excavatis, facta intelligi verisimiliter potest. et terrarum etiam supra terram eminentia explicari.

89. Plantas et Arbores tertia die causaliter tantum et in semine creatas, probabile S Augustino fuit. Aliis Patribus, et interpretibus ~~[illegible]~~ merito probabilius videtur, cum et reipsa stirpes omnes, atque sata ad grandia et matura prodiisse, cum fructibus ad usum aptis

Art. V De Opere quarti diei

90 Solem et reliqua Sydera qui prima die cum primigenia luce condita volunt, cum Moysis narratione non conveniunt

Art VI De Opere quinti diei

91 Quinta die tam Pisces quam Aves ex aquis prodierunt

Art. VII. De Opere sexti diei

92. Sexta die omnis generis animalia Deus ex Terra produxit; in quibus nullum per se noxium, aut inutile est

93 Homo ad imaginem Dei secundum Animam conditus est In quo sita hec imago sit, non una est Patrum sententia

Art. VIII De intervallo sex dierum

94 Etsi propter S Augustini reverentiam nulla sit inurenda nota erroris illi sententie, que mysticam et figuratam, non propriam putat sex dierum, quibus mundum a Deo conditum Moses narrat significationem. longe certe probabilior est, et Scripture sacre magis consentanea sententia, que sex dierum intervallo perfectum a Deo mundi opificium interpretatur

95 Autumno conditum esse Mundum, probabilius est, quam Vere primo

Dissertatio secunda

Art. I. De loco et situ Paradisi.

96 Paradisus corporeus quidam locus fuit oculis, et sensibus subjectus, arcanam licet et spiritualem verum adumbrans rationem. Merito igitur sunt

erroris

errores a Patribus damnati qui in Mosaica Paradisi descriptione nihil proprie, sed allegorice omnia intelligenda putarunt

97\. Qua in Regione consitus fuerit Paradisus obscura certe questio. probabilior eorum sententia, qui in Arabia felice, vel Mesopotamia, aut circa Babyloniam in Mesopotamie limite collocatum fuisse censent

98 Utrum Paradisus Terrestris etiamnum supersit, incertum: probabilius est non extare amplius quo ad cultum, et amenitatem Loci

Art. II. de Arboribus Paradisi

99\. Cuius speciei fuerit arbor scientie boni et mali, incertum est. Ab eventu nomen accepisse, qua a vi quadam naturaliter indita, longe probabilius.

100\. Arbor Vite ita ab effectu nuncupata est quod ad vitam in perpetuum propagandam conduceret, non naturali virtute, sed divinitus accepta eaque Arbor corporea licet atque aspectabilis, simul erat sacramentalis

Dissertatio Tertia de Adamo et Eva

Art I

101\. Adam primus omnium Hominum fuit, et Preadamitarum systema Verbo Dei plane contrarium est, nec ullo probabili nititur argumento

Art. II. de Eve Creatione

102\. Quod a Mose narratur de Mulieris productione ex costa Adami, historice, et secundum littere sensum intelligendum est, et Caietani sententia ad Metaphoricum, et Parabolicum sensum narrationem illam detorquentis, ut minus consona Verbo dei merito reicitur.

Art III De Adami et Eve tentatione, Lapsu, Penitentia

103 Eva seducta est a Diabolo veri serpentis Organo utente.

104\. Etsi Adam eo modo seductus non fuerit quo Eva, quodam tamen modo, et ipse deceptus est superbie merito, ut in apertam inobedientiam laberetur.

105\. Adamus peccato suo per penitentiam expiato salutem eternam consecutus est, idque per fidem Xti Mediatoris, cuius ipsi facta post lapsum promissio est.

Dissertatio Quarta de Polygamia Lamechi

106\. Moderna Polygamia Lamechi a crimine vindicari non potest

Dissertatio Quinta de Raptu et Prophetia Henochi

107 Henoch mortuus non est, sed a Deo translatus vivit. Quo in loco incertum.

108 Quamvis Henoch Propheta fuerit, et nec Quatis hominibus ultimum iudicium vaticinatus sit, Librum tamen Henoch, a Veteribus quibusdam Patribus laudatum velut apocryphum consultius alij rejecerunt

Dissertatio Sexta de Cibo Antediluviano.

109 Carnium esum Antediluvianis hominibus insuetum, etsi plerique Patres asserant, a Deo tamen prohibitum fuisse ex Scriptura certo colligi non potest

Dissertatio Septima de filijs Dei et filiabus hominum, et de Gigantibus

110 Veterum Patrum plurimi Angelos Mulierum specie captos, stupri cum ijs consuetudinem habuisse censuerunt et ex nefando illo concubitu ortos Gigantes, sed hunc errorem tum ipsa Scriptura, tum aliorum Patrum authoritas refellit

111. Antediluvianos Gigantes Daemones sub humana specie fuisse, absurdum commentum. Homines enim fuerunt, non robore solum, feritate, violentia, alijsque vitijs insignes sed insolenti statura et corporum etiam proceritate

Dissertatio Octava de annis Patriarcharum ante diluvium.

112 Chronologia Patriarcharum ante diluvium

113 In Chronologia Patriarcharum ante diluvium Hebraico Textui potius inhaerendum quam LXX. Interpretum calculis

Dissertatio Nona

114. de Patriarcharum longaevitate

115 Annos Patriarcharum a Mose numeratos tam breves fuisse ut decem ex illis unum ex nostris non superarent, falsum est. Pares illi fuerunt nostris, neque tamen incredibilis est Mosis de tanta longaevitate narratio

Dissertatio Decima de Arca Noe, et Diluvio

Art. I.

116 De Arcae amplitudine

117 De cubitis ad quorum mensuram fabricata fuit Arca, utrum fuerint ne geometrici, an sacri, an communes et vulgares? cuiusque generis ij fuerint, ostenditur tantam fuisse Arcae amplitudinem, ut omnium specierum tot animalia, quot in eam introducta Scriptura commemorat, cum alimentis congruis, et Noe familiae cum annona et utensilibus facile contineret

Art. II.

118 De Arca et Diluvio nec ijs est assentiendum qui solam historiam recipiunt sine allegorica significatione nec illis qui solas figuras defendunt repudiata historiae veritate. Arca porro typus insignis fuit Xti, et Ecclesiae, sicut aquae diluvij baptismi figura extiterunt

Art III

Art. III.

119. Hæc verba Gen. 6. Eruntq. dies illius centum viginti annorum „ non vitæ humanæ duratio, sed temporis ante diluvium hominibus ad pœnitentiam concessi intervallum definitum est.

Art. IV.

120. Diluvium universale fuit, non Palestinæ solius, sed totius Terræ

Art. V.

121 Quod aliqui ex iis qui diluvio perierunt, æternam damnationem evaserint, gratis asseritur.

Ætas Mundi secunda a fine diluvii ad vocationem Abrahami annos complexa CCCCXXVI.

Cap. I

122. Huius ætatis historia ex sacris Libris

Cap. II.

123. Huius Ætatis historia ex Ethnicorum fabulis, et Iudeorum, vel Christianorum etiam quorundam scriptorum figmentis, et falsis opinionibus

Cap. III.

124. Historia exotica huius Ætatis

Dissertatio Prima.

125 De ordine filiorum Noe, et quis ex illis sit primogenitus.

Dissertatio secunda

126. De Noachidarum Preceptis.

Dissertatio Tertia

127. Ebrietas Noe non solum innoxia, sed et mystica fuit

128 Hæc verba Noe „ Dilatet Deus Japhet, et habitet in Tabernaculis Sem „ Propheticam continent de Ecclesia, et vocatione Gentium

Dissertatio Quarta

129. De Cainan Arphaxadi filio in Vulgata editione memorato, verus ne sit, an suppositius?

Dissertatio Quinta

130. Babelicæ Turris Ædificatores graviter peccarunt, eorumq. superbiam, et fastum Deus confusione Linguarum iuste punivit

131 De numero Linguarum quæ, ex babelica confusione natæ sunt.

132 Ante babelicam confusionem una erat omnium lingua

133. De Lingua Hebraica an ea sit babelica confusione antiquior, adeoq. ipsi mundo coeva: an eadem post confusionem illam integra in aliqua familia perseveraverit?

Dissertatio sexta

134 De anno Natali Abrahami, et eius Profectione in terram Chanaam.

Ætas Mundi Tertia a profectione Abrahami in Chananæam ad exitum filiorum Israel ex Egypto annos ccccxxx complexa

Art. I.

135. Historia Abrahami ex Scriptura.

Art. II

136. De Isaaco.

Art. III

137. De Jacob eiusq. Filijs.

Art. IV.

138. Historia Jobi

Art. V.

139 Summa Historiæ sacræ a morte Josephi ad exitum usq. Israelitarum ex Egypto.

Cap. II.

Art. I. II. III. IV.

140 De Abrahamo, Isaaco, Jacobo eiusq. filijs, et Mosis initijs, ex Hebræorum, atq. ex Exoticorum Scriptorum historiâ.

Cap. III.

141. Exotica Historia Tertiæ mundi Ætatis.

Dissertatio Prima

142 Unde numerandi sint anni ccccxxx Peregrinationis Hebræorum, qui tertiæ Ætatis mundi Periodum constituunt

Dissertatio Secunda

143. De Raptu Saræ.

144 Abraham Uxorem suam Saram Sororem vocavit absque mendacio, et imprudentia: eamq. tum a Pharaone, tum ab Abimelecho Regibus intactam recepit

Dissertatio Tertia

145. De Melchisedeco

146. Melchisedecus nec fuit Virtus Celestis, Xto maior, neq. Spiritus sanctus

147 Melchisedech Angelus non fuit humanâ specie apparens.

148 Melchisedech non est filius Dei, qui in carne assumpta Abrahamo apparuerit, sed merus homo, Rex Salem, ideq. Dei Altissimi sacerdos.

149. Sacrificium Corporis et Sanguinis Xti in Eucharistia a Melchisedeco oblatione panis, et vini significatum est.

Dissertatio Quarta

150. De Terre promisse finibus a Deo descriptis

151. Quamvis totum illum Terrarum tractum, qui ab Egypti fluvio ad Euphratem interiacet, nusquam possederint Hebrei, stat nihilominus divine promissionis incomcussa veritas.

152. Sacrificium in signum Terre promisse Abrahamo a Domino prescriptum, et Prophetica futurorum figura fuit, et solemnis pactio federis Deum inter et Abrahamum humano more initi.

Dissertatio Quinta

153. Abrahami cum Agara Ancilla concubitus defenditur tum ab intemperantia, tum ab infidelitate.

Dissertatio Sexta

154. De divina Circumcisionis institutione, et antiquitate

155. Sine temeritate asseri non potest, Circumcisionem ab Egyptijs ad Hebreos pervenisse

Dissertatio Septima

156. De Lot, filias suas Sodomitarum libidini exponente, quod illicite et imprudenter id fecerit

157. Lothi Ebrietas et cum utraq. filia incestus, a crimine non excusantur.

Dissertatio Octava

158. De Abrahami Sacrificio

159. De excellentia promptitudinis et alacritatis Abrahami ad filium suum imolandum.

Dissertatio Nona

160 De Iacob Benedictionem paternam surripiente, quomodo excusari a mendacio possit et fraude

Dissertatio Decima

161. De filijs Iacobi Sichimitas ob stuprum Dine perimentibus

162 Sichimitæ a filijs Iacob ob Dinæ raptum inique perempti sunt

Dissertatio Undecima. de Iuda et Thamaris historia

163. Ius Leviratorum quo frater defuncti fratris viduam ducere tenebatur, ante Legem institutum iam fuerat, et ut credere par est, Deo authore, non Egyptiorum aut Chananeorum exemplo.

164 Incertum est an Iudæ et Thamaris historia ante, vel post venditionem Iosephi contigerit

165. Thamaris cum Iuda concubitus a peccato excusari non potest.

166. Scortationem ante Legem prohibitam non fuisse, Maimonides, alijque Hebræorum Magistri, et post illos Marshamus perperam asserunt.

Dissertatio Duodecima

167 Hoc oraculum Iacobi benedicentis filio suo Iudæ. non auferetur sceptrum de Iuda etc. adventum Messiæ prædictionem continet. Illud in Domino Iesu completum est. Nec vero ad solam tribum Iuda, sed ad totam Gentem Iudaicam illud pertinet.

Dissertatio Decimatertia de historia et libro Iob

168 Vera est Iobi historia non fabulosa aut parabolica. Iobum autem Idumæum fuisse ex genere Esau, probabilius est, quam Chananeum. Libri Iob sacra est, et Canonica auctoritas. eius tamen scriptor, et Auctor incertus est.

Dissertatio Decimaquarta de Egyptio a Mose interempto

169 Moses Egyptium insultantem Hebræo interficiens homicidij reus non fuit.

Dissertatio Decimaquinta de apparitione Dei Moysi in Rubo facta

170 Sive ipsum filium Dei Moysi in Rubo apparuisse, sive Angelum propugnaveris, æque probabilis sententia est.

Dissertatio Decimasexta de Paschate Iudaico

171 Paschæ nominis significatio multiplex. tempus et locus celebrandi Paschæ apud Iudæos: tum Paschalis sacrificij ministri. tum de Convivis Agni Paschalis. tum de Ritibus sacrificij et Convivij Paschalis tum de Paschalis Agni mysterio

Quarta Mundi Ætas ab egressu Israelitarum ex Egypto ad Ædificationem templi annos ccccLxxx complectitur

Cap. I

172. Huius Ætatis Historia ab Exodo usq. ad mortem Mosis ut in sacris Libris traditur. Ac primum de Egressu Israelitarum ex Egypto primisq. quatuor eorum Mansionibus. Deinde de alijs Israelitarum Mansionibus usq. ad desertum Sinai, et de Miraculis in ijs patratis: Sed de Mansione duodecima, et rebus in ea gestis: Tum de Mansionibus decimatertia, et decimaquarta, rebusq. inibi gestis: Tum de Mansione decimaquinta et reliquis usq. ad trigesimamsecundam. Tum de Mansione trigesimatertia et reliquis usq. ad quadragesimamsecundam et rebus per hæc temporum intervalla gestis. Tum de Mansione quadragesimasecunda, rebus in ea gestis, et Mosis obitu.

Cap. II.

173. De Josue et eius gestis ex S. Scriptura. De transitu Jordanis Josue duce. De terræ Chananeæ occupatione. De terræ Chananeæ distributione, et Josue obitu.

Cap. III.

174. De regimine Judicum. De Interregno post mortem Josue. De Judicum munere, numero, annisque Principatus. De Gestis Judicum

Cap. IV.

175. De Regibus Hebræorum et eorum Gestis usq. ad iacta Templi fundamenta. De Regiæ dignitatis apud Hebræos institutione, et de Saule Regum primo. De Davidis Regno ac gestis. De Salomonis Regni initijs

Cap. V.

176. Historia Quartæ Ætatis ut ab Hebræis confirmata, vel interpolata. De Mose. De Josue. De Judicibus. De Saule et Davide

Cap. VI.

177. Historia Quartæ Ætatis ut ab Ethnicis Scriptoribus confirmata, vel interpolata. De Mose et rebus ab eo, vel sub eo gestis

178. Quod Ethnicorum Theologia ex historia Mosis derivata sit. De Ritibus, Legibus, Moribusque Gentium ex Lege Libroque Mosis derivatis

179. De Historia Josue et Judicum ab Ethnicis interpolata

180. De Historia primi et secundi libri Regum ab Ethnicis interpolata.

Cap. VII.

181. Historia exotica Quartæ Mundi Ætatis

Quintæ

Dissertatio Prima de Exitu Israelitarum ex Egypto

182 Hebrei Spoliis Egyptiorum sine crimine furti ditati ex Egypto egressi sunt. Circuitu dumtaxat in Mari Rubro fuisse Hebreos, non ab uno litore ad oppositum littus transmisisse improbabile figmentum est. Transitus Hebreorum nec refluxui Maris, nec alteri causæ naturali, sed Miraculo tribuendus est.

Dissertatio Secunda. de Preceptis Moralibus Legis Mosaicæ.

183. Omnia Precepta Legis naturæ, nec non omnia precepta Moralia Veteris Legis in Decalogo continentur, vel ad illum revocantur; de prima et altera Tabula decalogi. Explicatio Decalogi de primo Precepto, de secundo, de tertio, de Quarto; de Quinto, de Sexto, de Septimo, de Octavo, de Nono et Decimo.

Dissertatio Tertia. de Ceremonialibus Legis Mosaicæ preceptis.

184. De Rituum Mosaicorum divisione, et rationibus. Veteris Legis Ceremoniæ convenienter dividuntur in Sacrificia, Sacramenta, Sacra, et observantias Ceremoniæ Legis Mosaicæ rationabiles sunt. Ceremonialia Precepta ob eam precipue causam Hebreis a Deo data sunt, ut ab Idolatria averterentur perperam tamen asseveres e Ceremoniales Ritus e Gentium moribus in Legem transcriptos fuisse.

185 Sacrificia Israelitis non solum permisit Deus, sed precepit ad Idolatriam abolendam, ac Xti Sacrificium adumbrandum, ad spiritualia sacrificia, quæ exigebat ab hominibus significanda.

186 Sacrificiorum Materia, finis, et Species diversæ.

187. De Legibus Ceremonialibus Sacrorum. Ad reverentiam singularem Deo, eiusque Sacris, et Ministris conciliandam, et ad Mysteria Xti significanda, latæ sunt Leges Ceremoniales Sacrorum

188 De Tabernaculi Origine, quæ non ex profana Gentium Religione, sed ex Dei Sapientia, et Voluntate fluxit de Tabernaculi structura precipuis partibus, Arca, Cherubim, Altaribus

189 De Vestibus Sacerdotalibus, ac de Urim, et Thummim

190. De festis et Solemnitatibus Veteris Legis.

191. De Legibus Ceremonialibus Sacramentorum Veteris Legis. De Circumcisione de Consecratione Sacerdotum Veteris Legis. de Paschalis Agni Manducatione de Panum Propositionis, et aliorum Consecratorum esu

eju de Purificationibus, et Lustrationibus, ac varijs Legalium Pollutionum speciebus de Expiatione Generali Israelitarum, et de Hirco Emissario.

192 De Legibus Ceremonialibus Veteris Legis Observantias spectantibus. De Legalibus Observantijs Sacerdotum quoad Matrimonia presertim, et funera. De Observantijs totius Israelis in Ciborum discrimine. De Sexus utriusque apparatu et vestitu non confundendo. De veste non conficienda ex lino et lana. De fimbrijs et Philacterijs. De diversis Seminibus in eodem Agro non comiscendis. De primis Agrorum incultorum fructibus per tres annos non comedendis. De Solutione decimarum. De Animalibus diversi Generis simul non coniungendis, vel in Opere, vel in Coitu. ~~De Seductione [illegible]~~ De ore Bovi triturantis non alligando. De Avicula Matre cum pullis non tenenda. De Hedo in Lacte Matris non coquendo.

Dissertatio Quarta de iudicialibus seu forensibus Legis Mosaicae Preceptis.

193. De Preceptis Iudicialibus spectantibus ad Principes. De Theocratico Israelitici Populi Regimine.

194 De Preceptis iudicialibus spectantibus Populares et Concives ad morem comparatos.

195 De Preceptis Iudicialibus Extraneos spectantibus.

196 De Preceptis iudicialibus conversationem Domesticam spectantibus.

Dissertatio Quinta de Vitulo Aureo.

197 Ad Egyptiacae Superstitionis imitationem Vitulus Aureus ab Aarone conflatus est, non ad Cherubin similitudinem. Aaron gravissime peccavit Vitulum Aureum conflando. Vituli Aurei combustio, comminutio, in aquam iniectio, Populique ex eius pulvere aquae immixto potatio, Idololatriae destructionem, Gentiliumque ad Xtum conversionem significant.

Dissertatio Sexta de Eneo Serpente.

198 Serpens Eneus non ad exemplum prestigiarum Egyptiacarum a Mose conflatus et erectus est, sed signum illud fuit a Deo institutum in typum Xti Crucifixi.

Dissertatio Septima de Asina Baalami, et huius Vaticinio

199 Asina Baalami sermone humano simili Dominum suum esse allocutam non est ~~[illegible]~~ incredibile. Baalamus quamvis licet nequissimus, de Populo Dei, et de Xto vaticinatus est Spiritu S. afflante.

Dissertatio Octava de morte Mosis

200 Mortuum esse Mosem salva fide negari non potest

111 R. P. Natalis Alexandri Historia Ecclesiastica
Veteris novique Testamenti.

Tomus secundus

Dissertatio Nona de Libris Moysis.
201 Pentateuchus vere a Moyse scriptus est in quo clarissima extant oracula Xti prænuntia.
Dissertatio Decima de Moysis et Prophetarum antiquitate.
202 Moyses omnibus Gentium Philosophis, Historicis, et Poetis antiquior Prophetæ quoque Philosophis omnibus ætate superiores probantur. Antiqui Philosophi, Poetæ, Historici Gentiles, ex Libris Moysis aliisq. Scripturæ Libris, doctrinæ suæ partem maximam hauserunt
Dissertatio Undecima de Pentateuchi et totius Scripturæ Veteris Testamenti divinitate.
203. Pentateuchus, totaque Veteris Testamenti Scriptura vera est ac divina
Dissertatio Duodecima de iurata Gabaonitis a Josue securitate.
204 Licet Josue, et Israëlitarum Principes iuratam Gabaonitis securitatem præstare non tenerentur; ob Religionem tamen iuramenti volente et approbante Deo, pie et laudabiliter eam præstiterunt
Dissertatio Decimatertia de Statione Solis imperante Josue.
205 Sol et Luna revera steterunt, Deo ad votum Josue miraculum operante.
Dissertatio Decimaquarta de annis Sabbaticis, et Jubilæis.
206 Annorum Sabbaticorum, et Jubilæorum Epocha deducenda est ab anno primo culturæ Terræ Promissionis: iique ab Autumno ducebant initium. Utrum Annus Jubilæus quolibet anno quadragesimo nono, an vero anno quinquagesimo, quæstio e problematica.
Dissertatio Decimaquinta. de Principatu Josue.
207. Josue septemdecim dumtaxat annis Judæorum Reipublicæ præfuisse, probabilius est
Dissertatio Decimasexta. de Libro Josue
208. Liber Josue incerti Auctoris et temporis est.
Dissertatio Decimaseptima de Annis interregnorum
209. Anni Interregnorum, Oppressionum, Servitutis, et Quietis, seorsim ab annis Judicum non sunt numerandi, sed in iis includendi.
Dissertatio

Dissertatio decima octava. de Debbora.

210 Debbora vere et proprie Judex Hebræorum, et Prophetis fuit

Dissertatio decima nona. de Voto Jephte

211. Jephte votum imprudenter emisit, crudeliter implevit in filia, non Virginitatis consecratione, sed mactatione cruenta, insignis tamen fuit Xti typus.

Dissertatio Vigesima. de Samsonis pœnitentia et morte

212. Samsonis et sincera fuit pœnitentia, et mors fortiter et sancte oppetita; in eoque egregium Xti typum suscipimus.

Dissertatio Vigesima prima. de Libro Judicum

213. Librum Judicum recentiore esse, et post Captivitatis decem tribuum scriptum, quidam falso suspicantur.

Dissertatio Vigesima secunda de Ruth.

214. Ruth historia quo tempore contigerit incertum.

Dissertatio Vigesima tertia. de Samuelis apparitione.

215. Saul Pythonissam consulens a vero Samuele suam, suorumque proximam cladem didicit. Quamquam sancta Prophetæ anima [illegible] Pythonicis artibus evocata non fuerit, sed Dei providentia, et imperio. Probabilis nihilominus eorum sententia est, qui Demonem sub Samuelis Phasmate apparuisse, et Sauli respondisse censent

Dissertatio Vigesima quarta. de Psalmis Davidicis.

216. Liber Psalmorum genuinus est, et antiquissimus. An unius sit Auctoris incertum. Partem certe maximam Davidi tribuendam esse constat. Centum quinquaginta Psalmos dumtaxat continet Psalmorum liber. Hebraica Psalmorum in quinque libros divisio respuenda est ut Neotericorum Hebræorum inventum. Psalmi oratione poetica numeris adstricta scripti sunt, quo metri genere, incertum

217. Plurima sunt et quidem clarissima de Xto et Ecclesia in Libro Psalmorum Vaticinia.

Dissertatio Vigesima quinta de Libris Samuelis, seu primo et secundo Regum

218. Libri Samuelis, seu primus et secundus Regum, genuini sunt et antiqui. Eorum tamen Auctor haud omnino certus. proba[bi]liter censentur scripti a Samuele, Nathan, et Gad, ita ut pars maxima eorum sit Samuelis. Insignes de Xto prophetias duo priores libri Regum continent.

Dissertatio

Dissertatio vigesima sexta de Salomonis Regni initijs
219 Circa vigesimum ætatis suæ annum Salomon Regnum inijt.
.. Salomon fratrem Adoniam iuste capitis damnavit, et Abiatharem Sacerdotem merito exauctoravit.

Quinta Mundi Ætas a fundatione Templi Salomonici ad captivitatem Babilonicam annos complexa ccccxxiv.

Cap. I. De Regibus Iuda et Israel ex sacris Literis
221. de Salomone.
222. de Roboamo, Abia et Asa Regibus Iuda.
223. de Ieroboamo, Nadab, Baasa, Ela, Zambri, et Amri Regibus Israel
224. de Iosaphato, Ioramo, Ochosia, et Athalia Regibus Iuda
225. de Achabo, Ochosia, Ioramo, et Iehu Regibus Israel.
226. de ~~Ioa~~ Ioaso, Amasia, et Ozia Regibus Iuda.
227 de Ioachazo, Ioaso, Ieroboamo II., Zacharia, Sellumo, Ma=nahemo, et Phacea Regibus Israel
228 de Ioatham, Achaz, et Ezechia Regibus Iuda
229. de Phacee, et Osee Regibus Israel
230 de Manasse, Amone, Iosia, Ioachazo, Ioakimo, Ioakino seu Iechonia, et Sedekia Regibus Iuda.

Cap. II
231 Historia Regni Iuda et Israel ut ab Hebreis interpolata

Cap. III.
232. Historia Regni Iuda et Israel ut ab Ethnicis scriptoribus interpolata vel confirmata.

Cap. IV Historia Exotica Quintæ Mundi Ætatis
233 de ~~Regibus Ægyptiacis~~ Rebus Ægyptiacis, Assiriorum, Medorum, Chaldæorum seu Babyloniorum. Syriorum. Græcorum. Romanorum.

Dissertatio Prima de Templo Salomonis
234 Templi Salomonici origo ad Ægyptiacam superstitionem vel vanitatem Sentiu referenda non est, sed ad Dei O.M. consilium, afflatum, et auctoritatem Davidisque et Salomonis pietatem

Dissertatio Secunda de Regina Saba
235. Regina Saba ex Ethiopia venisse ad Salomonem probabilius creditur, quam ex Arabia. Probabile etiam est, Reginam Saba

ad verideí

ad veri Dei cultum conversus fuisse

Dissertatio Sexta de aeterna sorte Salomonis.

236. Sors aeterna Salomonis incerta est.

Dissertatio Quarta de Libris Salomonis.

237. In Canone Ecclesiastico tres dumtaxat sunt Libri Salomonis, Proverbia, Ecclesiastes, et Cantica Canticorum Salomonis. Proverbia scripsit divino afflatu, et liber Proverbiorum non est Ecloga optimarum sententiarum ex plurimis qui ante Salomonem floruerint Scriptoribus. An vero duo etiam postrema capita libri Proverbiorum sint ipsius Salomonis incertum est. Ecclesiastes est liber Canonicus et divinae auctoritatis, et non alteri quam Salomoni adscribendus est. Ex hoc Libro Ecclesiastis Scriptores Ethnici nonnulla hauserunt. Canticum Canticorum non est amatorium carmen a Salomone scriptum in gratiam filiae Pharaonis sed est sacrum Epithalamium Nuptiarum Xti, et Ecclesiae, divino afflatu a Salomone cantum.

Dissertatio Quinta de Jeroboami et x Tribuum idololatria.

238. Vituli aurei a Jeroboamo conflati et in Bethel et Dan erecti non erant veri Dei symbola sed Idola: nec verum Deum in illis, sed ipsas stupidorum Animalium figuras Jeroboamus, et Israelitae colebant, et adorabant. Hos Vitulos aureos Jeroboam non effinxit in similitudinem Cherubim Tabernaculi vel Templi, neque in Josephi Patriarchae memoriam, sed ad imitationem Egyptiacae superstitionis.

Dissertatio Sexta de Elia.

239 Elias Xti typus fuit. Nec cum Enocho Praecursor Xti ad judicium venturi futurus est ...

Dissertatio Septima de Naamane Syro

240. Naaman Syrus ita affectus non fuit ut Rege Syro in Templo Remmon adorante, idoli cultum externo ritu simulare voluerit neque id ipsi concessit Eliseus.

Dissertatio Octava de Retrocessione solis sub Ezechia

241. Non solarum tantum umbrae in Horologio Achaz, sed solis ipsius retrocessio divino miraculo facta est, sicque omnes coelestes orbes una cum sole retroacti sunt, horaeque plurimae nocti detractae, et diei additae sunt.

Dissertatio Nona de Libris Regum et Paralipomenon

242.

242 Libri Regum et Paralipomenon in Genealogijs Regum Iuda ab Evangelio Matthei et Lucę non dissentiunt.

Dissertatio decima de Prophetis sub Regibus Iuda, et Israel ante captivitatem Babylonicam

243 De Osee · de Ioele · de Amoso · de Abdia · de Iona · de Michęa · de Isaia · de Nahum · de Habacuc · de Sophonia · de Ieremia · de Baruch ·

Dissertatio undecima de Tobia

244 De Historia et Libro Tobię.

Sexta Mundi Ętas a captivitate Babylonica ad Natale Xti anno complexa duos supra sexcentos.

Cap. I. huius Ętatis historia ex Libris sacris

245 De Rebus Iudęorum tempore captivitatis · de Rebus Iudęorum a soluta captivitate ad Machabeos · de Rebus Iudęorum a Machabeis ad Herodem · de Rebus Iudęorum ab Herode usque ad ortum Xti

246 de sectis Iudęorum sexta Mundi ętate exortis · de Samaritanis · de Sadducęis · de Pharisęis et Scribis · de Essęis, sive Essenis · de Hemerobaptistis, et Herodianis ·

Cap. II

247 Animadversiones in Iosephum circa sextę Ętatis Historiam.

Caput III

248 Historia sextę Ętatis ab Ethnicis interpolata.

Cap. IV. Historia exotica sextę Mundi Ętatis.

249 de Rebus Ęgyptiorum · Syriorum · Chaldęorum, sive Babyloniorum · Persarum · Gręcorum usque ad Alexandrum Magnum · Gręcorum et Macedonum Alexandro Magno imperante · de Alexandri Magni successoribus · de Seleucidarum sive Regum Syrię, successione · de Ptolomęorum sive Regum Ęgypti post Alexandri Magni mortem successione · de Rebus Romanorum ·

Dissertatio Prima de Prophetis tempore Babylonicę captivitatis

250 de Ezechiele · de Daniele · Liber Danielis nomine inscriptus genuinus eius fętus est · Daniel vere et proprie Propheta fuit ·

fuit. Unus et idē est Daniel Propheta, et Susanne Iudex ... Susanne, Beli, et Draconis Historie referuntur.

Historia Susane, et alia que Danielis additamenta vulgo nominantur sacra sunt et Canonica =

Dissertatio Secunda de LXX. Danielis Hebdomadibus

251. De LXX. Danielis Hebdomadibus . . Septuaginta Hebdomadum Danielis exordium probabilius ducitur ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani: finis vero earundē statuitur post Passionē Xti, ita ut in medio septuagesime, et ultime Hebdomadis occisus fuerit Xtus. Unde unde Septuaginta Hebdomadarum numerandarum exordium sumatur, ex hoc Danielis oraculo venisse Messiam demonstratur contra Iudeos eumque alium esse quam Xtum Iesum.

Dissertatio Tertia de Babylonice Captivitatis Epocha

252. Septuaginta Babylonice Captivitatis anni ab anno quarto Ioakimi Regis Iuda ad annum primum Cyri Persarum Regis Anni vero septuaginta desolationis ab anno undecimo Sedechie, ad annum secundum Darij Hystaspis probabilius computantur.

Dissertatio Quarta de Esdra.

253. Esdras Libros sacros in captivitate Babylonica dissipatos, et corruptos collegit, digessit, et a mendis repurgavit; non ex integro reparavit, aut ex memoria conscripsit, vel dictavit. Utrum Esdras Auctor fuerit Hebraice punctationis et Masore. Puncta vocalia et Accentus nec Moysem, neque Esdram Auctorem agnoscunt, sed Masoretas Tiberienses. Masore vero Auctores non fuerunt Esdras, et Viri Synagoge Magne, sed Critici Tiberienses. Utrum Esdras Auctor fuerit Cabbale. Cabbale nomine, si sensus mystici ... sub litere cortice reconditi, traditionem et intelligentiam declarat significes, Moysem et Esdram Cabbale Doctores fuisse facile concesserim. At si hoc nomine Artē illam intelligas, qua Iudei recentiores Mysteria ex literis et earum figurâ permutatione, aut Arithmeticâ supputatione eruunt, hanc Auctores Esdram, vel Moysen asserere temerarium ac ridiculum est

Dissertatio Quinta de secundi Templi fabrica

254 Darius Rex Persarum sub quo Templi instauratio absoluta est, non Darius Nothus, sed Hystaspis fuit

Dissertatio

Dissertatio sexta de Prophetis post captivitatem.

255. de Aggeo. de Zacharia. de Malachia

256. Hebraei Prophetae multa de Xto Jesu prenuntiaverunt.
Hebraeorum Prophetarum testimonia utilissima sunt ad probanda Sanae religionis veritatem. Hebraeorum prophetae ex vaticiniorum suorum dignitate, pieque, et sancte vixerunt.

Dissertatio Septima

257 de Libris III. et IV. Regum. de Libris Paralipomenon. de Libris Esdrae.

258 de Historia et Libro Judith. Quae in Libro Judith narrantur, commentitia, meraque parabolas asserere impium, et haereticum est. Judith Historia post reditum Judaeorum a captivitate Babylonica contigit.

259 de Historia et Libro Esther. Historia Esther vera et canonica est, eiusdemque veritatis et auctoritatis sunt septem postrema eiusdem Libri Esther capita. Estherae Historia probabilius refertur ad tempora Darii Hystaspis: isque videtur Assuerus illius historiae.

260 de Libro Sapientiae. Liber Sapientiae sacer est et canonicus. Liber Sapientiae neque Salomonis, neque Jesu Sirachidis, nec Philonis Judaei, sed Auctoris incerti est.

261. Liber Ecclesiastici sacer est et canonicus. Auctor libri Ecclesiastici est Jesus filius Sirach.

262 de Libris Machabaeorum. Libri Machabaeorum sacri sunt et canonici, eorum tamen Auctor ignotus est.

Dissertatio Octava de Versione LXX Interpretum.

263 An vera sit quae de illa Versione circumfertur historia. Quo tempore facta sit. Utrum solum Pentateuchum, an totam veteris testamenti scripturam, quae tunc apud Judaeos habebatur, interpretati sint.

Dissertatio Nona de Herode

264. Herodes Idumaeus fuit et Alienigena respectu Judaeorum.

Dissertatio Decima. de Josephi testimonio pro Xto.

265. Praeclarum illud de Xto Jesu testimonium quod apud Josephum legitur, genuinus Josephi fetus est.

IV. Dionysii Petavii — Theologicorum Dogmatum
Tom. III. De sex primorum mundi dierum opificio.

Liber Primus

Proœmium

266 Quemadmodum ex rebus a Deo conditis ad eius notitiam perducantur homines maxime sensibilibus. Has solas a Mose commemoratas esse... Origenis allegorica interpretandi ratio castigata. Cautiones adhibendæ ad Mosis narrationem explicandam

Cap. I.

267. Quem scopum sibi Moses proposuerit in mundi origine perscribenda. Philosophorum error de mundi æternitate tum Hæreticorum de eiusdem precreatione. Tertulliani falsa sententia notata super iisdem Hæreticis. Deus ex creatione cognosci idq. dupliciter, tum quod e nihilo produxit, tum quod eadem ordinavit ac perpolivit. Creandi vocabulum non significare productionem e nihilo, per se ac proprie. Explicatur Principij notio, nec non illa Mosis in Principio creavit, tum illud Aquilæ, in Capite.

Cap. II.

268. Quid Cæli et Terræ vocabulis Moses initio Geneseos expresserit. Quidam materiam primam intelligunt, ut Augustinus et ut videtur, Gregorius Nyssenus. Philonis absurda ratio, incorporea quædam describi putantis. De quorundam opinione, qui supremum aliquod Cælum quod Empyreum vocant, creatum initio putant, quæ quidem refellitur. Nec non aliorum qui systema cælestium orbium intellexerunt. Videri Mosis illa verba generalem esse propositionem qua totum mundum a Deo creatum pronuntiat: quem deinde per partes explicat

Cap. III.

269. Quis rerum status fuerit ante lucem conditam. Cur terra primum incondita, et inculta fuerit. Exponuntur Hebraicæ voces quibus status ille describitur. tum Græcæ. Cur terra non statim ornata et absoluta prodierit. De Spiritu Domini, quid fuerit, variæ sententiæ, alijs aerem, alijs Spiritum sanctum putantibus.

putantibus. Videri deum quid significari, idq. quomodo intel-
ligendum.

Cap. IV.

270\. Quenam extiterint ante primae lucis exortum. Videri solam terram cum aqua initio procreatam. Eam esse materiam omnium rerum ex quorundam Philosophorum sententia: tum chaos illud poetarum. Refellitur novum quoddam opinionis portentum de Melchis. deco et Christo ante lucem exortum productis.

Cap. V.

271 De dierum sex intervallo, quo hunc mundum Deus elaborasse dicitur an revera illi dies extiterint. Explicatur Ecclesiastici locus, qui universa simul creata testatur.

Cap. VI.

272 De locutione Dei qua opera omnia procreasse dicitur. Theodori Mopsuesteni sententia, et aliorum deum vere esse locutum opinantium. Quid verius illa dei vox significet. An Patris ad Verbum fuisse putanda sit. Longini de hac Mosis narratione iudicium.

Cap. VII

273 De opere primae diei, id est luce. de qua variae opiniones exponuntur. Velut esse ignem, aut solem; utriusque rationes, et luciu praesertim refutatae. Eugubinus notatus falso Dionysio opinionem illam tribuens. Pereriy sententia notata de luce materia experte, ac per se subsistente. Quibusdam scriptoribus placuisse, lumen esse corpus et substantiam. Non videri, tenebras interpositu caelestium corporum esse factas.

Cap. VIII

274 Variae de luce primigenia quaestiones enodantur. Quomodo dierum et noctium ante solem spatia diviserit. Tenebras luci contrarias substantivas esse putavit Victorinus. De initio dierum, maxime primi an ab nocte, an potius a matutino tempore ceperit. Variae de hac re opiniones. Iudaeos a vespera diem exorsos esse. Primam diem habuisse noctem suam et lucem. Tenebras primigenias noctis instar non fuisse. Probabile videri lucem in Oriente creatam esse.

Cap. IX.

Cap. IX

275. De primo die rursus agitur; ac Theodori Mopsuesteni sententia, et Joannis Philoponi contra hanc oscitatione. Scilicet primigenias noctis nominationem censeri apud Mosem. De initio diei putandi apud Hebraeos accurate quaesitum. Theodorus docuisse abundante Vespera illos inchoasse. Philoponus contra sentiens refellitur, eiusque argumenta omnia solvuntur. Quid sit Parasceve et de tempore Agni Paschalis imolandi. De Triduo Sepulturae Dominicae, deque tempore Resurrectionis.

Cap. X.

276 De secundae diei opere, id est firmamento. De numero Celorum variant Patrum sententiae. Duos esse Celos, quorum initio Genesis nominatus, ac secundo die productus. Probabilis huius constituendi ratio quae ex aqua factus id esse ponitur; ac tum aerem, tum Celum proprie dictum complecti. De firmamenti voce accurate disputatur.

Cap. XI

277. De usu et officio firmamenti a Mose tradito, ut aquas ab aquis dirimat. Variae de aquis superioribus sententiae. Celi varia significatio. Primis mundi diebus nubium aliquid in aere super suo ordine.

Cap. XII

278 De forma et natura Celestium Orbium ac primum de figura. Agitur deinde de hoc utrum Celi, et stellae animas habeant. Dubitasse aliquando de ea S. Augustinum. Origeni damnatam et erroneam multo vero magis alteram quae, res omnes animatas esse defendit. An in fine mundi Celi corrumpendi sint.

Cap. XIII

279. De Opere diei tertiae, cuiusmodi, et quotuplex fuerit. Aquarum confluxum unum in locum diei secundae a quibusdam attribui. Qua ratione dixerint veteres aliqui aquas tertia die procreatas esse. Quomodo aquae in unum locum confluxisse dicantur, et quis ille locus sit. Omni prorsus humore terras emanatas fuisse ac singulari nihilominus miraculo stirpes, herbasque procreasse.

Cap. XIV

Cap. XIV.

280 Explicatur locus cap. 2. Gen. ubi fons ascendisse dicitur e Terra quod de nube, sive aqua terrae primigenia supra terram suspensa intelligitur. ~~[illegible]~~ Utrum Vere, an Autumno conditus sit mundus

Cap. XV

281 De operibus quarti, et quinti diei. Solem Lunam, ac reliqua sydera non ante quartam diem procreata fuisse. In eam sydera lucem diei primae opus fuisse congestam. Quinta die tam pisces quam aves ex aquis prodiisse. Explicatur Genesis locus de Avium productione, et Vulgata interpretatio contra Caietanum defenditur.

Liber Secundus de Hominis Opificio

Cap. I.

282. De opere sexti diei sive hominis procreatione. Cur postremus sit creatus. Eiusdem supra cetera Dei opera praestantia aliquot a Mose argumentis probata. Maxime quod ipsius manibus dicatur fictus. quod quale sit exponitur

Cap. II

283. De eo quod ad imaginem et similitudinem Dei factus homo dicitur. In quo imago sit variae de ea sententiae. Pessima omnium, quae corpore eam circumscribit. ea tamen sensu aliquo non improbanda. Quidam imaginem a similitudine discernunt.

Cap. III

284 De alia imaginis interpretatione. Demum ea de imagine Dei opinio praeponitur, quae maxime probabilis videtur. Utrum Angelus ad imaginem Dei factus sit. Quatenus ea soli homini competat.

Cap. IV.

285. Absolvitur proposita quaestio de imagine et similitudine Dei. Quomodo Trinitatis imago est homo. Quomodo in ipso corpore haec imago sita sit. Utrum ad solius Verbi imaginem factus dici possit homo. Explicantur notiones duarum in Hebraeo vocum, Selem et Demuth. et Latinarum imago et similitudo. Anima cur spiritus et afflatus vocetur

Cap. V.

Cap. V.

286. De Paradiso terrestri. Non esse allegorice, que de eo scripta sunt, in totum accipienda. De situ eiusdem. Quis sit Eden. Cur Paradisus voluptatis appelletur. De quatuor fluviis obiter. Xenonum vitur versus Orientem convertendi se inter orandum ab situ Paradisi petitus. De Arbore vitæ, et altera scientiæ boni, et mali. An hodieque Paradisus supersit.

Cap. VI.

287. De statu primi hominis ante peccatum. Quomodo in Paradisum collocatus, ut eum custodiret, et excoleret. Labore eo aliquid immunitum nec non horti custodia, hoc est habitationem, et possessionem. Qua ratione mortalis, et immortalis Adamus ante peccatum fuerit. Nunquam moriturum fuisse, si in innocentia perseverasset. Non tamen plenam immortalitatem habuisse. Explicatur eorum sententia qui medium inter mortalem, et immortalem statum Adamo vindicant.

Cap. VII.

288. De immortalitate primorum hominum itemque vitæ. Utrum cibo opus habuerint. Sententia Origenis quorundam excutitur, qui allegorice fructus illos ac cibos interpretantur. Ostenditur veros illos fuisse, ac revera homines cibo usuros. Cur Arbor vitæ immortalitatem tribueret, et quomodo, an naturali efficientia, an Dei gratia. Neque morbis, neque senectuti obnoxium fuisse statum illum innocentiæ.

Cap. VIII.

289. Qua ratione propagatum genus esset humanum in statu innocentiæ. Quatenus libido affuisset. Quadiu in terra vixissent homines. De Animantibus ad Adamum deductis, et impositione nominum. An et Piscibus nomina indiderit. De formatione mulieris ex Adami costa. Cur ita procreata, et quomodo suppleta alia costa. Hebræorum ridicula opinio de Androgyno Adamo, nec non Eugubini.

Cap. IX.

290. De mandato divinitus homini primo dato. An soli et quando datum. Quorundam Veterum opinio primos parentes parvulorum instar simplices fuisse. Humana causa editum præceptum fuit, ut virtutis exercendarum materia suppeteret, præsertim obedientiæ. In illo præcepto mandata omnia contineri, nonnulli dixerunt. Cur Deus hominum

Legem

leges ediderit quas minime servaturum esse sciret. Que sit mandati sententia. An deus non modo comedere vetuerit, sed etiam tangere.

Cap. X.

291 De pena violati precepti, et comminatione mortis. Quomodo verum sit eodem die mortuum Adamum quo peccavit. Cur Xtus a morte corporis suos non exemerit et quomodo ipse necessitatem moriendi in bonum converterit.

Liber sextus. De libero arbitrio

Cap. I

292 De liberi arbitrij natura Hereticorum sententia. Eius huic affinis catholicorum quorundam, qui cum illis sentiunt, libertati solam opponi coactionem, non necessitatem. Quid sit voluntatis libertas

Cap. II.

293. Docetur, liberum arbitrium ad utrumque indifferens esse.

Cap. III

294 Explicatur novorum Theologorum opinio de necessitate opposita libertati. contra quam universe primum disceptatur. Exponitur violentie, et coactionis propria ratio, et quatenus libertati contraria est. De elicitis et imperatis voluntatis actionibus. Mortem necessitatis homini violentam non esse: imo mortem quibusdam optabilem

Cap. IV

295 Contra Calvinum, aliosq. Hereticos, et eos qui illis suffragantur, qui necessitatem cuius expers liberum arbitrium Scripture, et Patres esse predicant, solam interpretantur esse coactionem, et violentiam, non autem necessitatem simplicem, que voluntatem in aliquo circumscribit: exponitur liberi arbitrij natura et proprietas ex S. Thoma et aliquot Patribus

Cap. V.

296. Ostenditur necessitatem qualemcumq. cum libero arbitrio pugnare, ac latius explicatur natura illius et agendi ratio. Tum et multiplices libertatis functiones ex antiquis declarantur. Quid sit indifferens, et quemadmodum libero arbitrio conveniat

Cap. VI.

297. De eo quod voluntarium vel spontaneum et involuntarium dicitur, quod utrumque declaratur. Coactum quod voluntario opponitur

communiu

